



7
194

14 a. 6. 1.




2 400 40 **Stalpa** MADE IN SWEDEN

D. Collegii de la comp. de J. de Granada. N. 6229

MARTINI AB
AZPILCVETA IVRIS-
CONSULTI NAVARRI, ET
Conimbricensis in decretis Pontificum
Gymnaſtæ primarij
prælectiones

*In cap. Si quando. Et cap. Cum contingat. de reſcript. in cauſa propria
Cantoria Conimbricenſis: axiomata, qua ſeptima pagella
docet, diſcutientes, cum copioſo indice.*



MADRITI,
Apud Thomam Iuntam.

M. D. XCV.

OPTIMAE AC MAXIMAE
CATHARINÆ HVIVS NOMINIS
primæ, Portugalliæ ac Algarbiorum, &c. Reginae

Clarissimæ, Martinus ab Azpilcueta Nauarrus spiritum
in Iesu Christo principalem.



VLTA excusare possem, Regina Christianissima, quæ purgarent, aut certè attenuarent culpam, quam multis cõtraxisse videbor; tum quod nimis propere, & non lentè ad has prælectiones ædendas festinarim; tum, quod eas tuæ celsitudini dedicem, vestem leuidensem pro pellenzæ offerens: dum rem præcocem, abortiuam, tumultuariam, & ab aliud agente factam, pro matura, tempestiua, elaborata & attentè absoluta tantæ dedico Reginae. Cui nil nisi omni ex parte magnum, politum, & ornatum dicari debuit. Priorem certè culpam extenuet, quod cum pro veritate, ni fallor, contra multorum opinionem tuæ ac Regis nostri maiestati iussus responderi nullum esse competitori ius in hanc Cantoriam Conimbricensem, si gratiam aliam, quam mihi exhibitam, à Sed. Apost. impetratam non haberet: tanto mei nominis magis intererat huius responsi fundamenta quam ocysimè euulgari, quanto ipse suspectior haberi poteram, & quanto clarius & certius ius se habere competitor iactabat. Et quãuis nominis mei parua esset habenda ratio, si nil nisi Martinus essem. Quoniam tamen & gentis & familiæ candidæ nomen apud exteros gero, & doctorem ago, qui Tholosæ ac Cathurci multos annos in Gallijs nõ omnino infeliciter docuit, & postea multo pluribus Salmanticæ, donec ad illius primaria dona peruenit: quique Conimbricam inde magno cum nominis augmento accitus, iam quintum annũ non sine fructu docet: ideo non tantum è re mea esse arbitror, quantum è publica, & aliorum, vt iuxta Sapientis consilium, curam habeam de meo nomine. Cui nulla re presentius, quam hac præpropere adeo, adeoque festina editio ne consulere potuit. Posteriolem vero culpam minuat in primis tua ista humilia respiciens profunda modestia cum magnanimitate sublimi coniuncta, quamunus quamlibet exiguum deuoto tibi animo oblatum boni consulis. Deinde, quod hæc Cantoria quam disputauimus, fœtus est indulgi Apostolici tuæ Maiestatis mihi immerenti, quæ regia benignitas fuit, vltro communicati. Cuius ego beneficij gratiam nullo alio signo commodiori significare potueram, quam labore ad idem tuendum assumpto, quo simul & quam alta mente id re posuerim monstrarem: & quo merito videri possem non tam mihi, quam tibi Regina maxima laborasse. Ad hæc mecum cogitabam, quod pridem auic tuæ, illi (inquam) maxime Isabelle literaria munera grata fuerunt. Contemplabar, quam ad viuum eam prudentia, magnanimitate, religione, ac pietate referas. Vt enim cætera omittam, quemadmodum illa corregnante Ferdinando Regi Catholico non vno nomine magno suaque sapientia, variaque animi virtute adiuuante, Castellæ regna restituta fuerunt, & pro barbarie germanam eruditionem, pro simulato verũ monachismum, pro Iudaismi pestilentibus reliquis Christianissimum susceperunt purissimum: ita diua hac Catharina Regi &

D.N. Ioanni huius nominis tertio, multis nominibus maximo, heroica modestia, pariq; prudentia & magnanimitate grauissimè assistentè, Lusitania doctrina in omni facultate defœcata claret, floret, & vberes fructus parit, monachismus illi antiquo suo nitore restitutus, vitam Apostolicam verbo & exemplo spirat. Catholica vero fides veritatis splendore per cognitionem causarum ipsius, auroram veluti biuigam non sine labore à Sed. Apost. ostensam ortamque, nec citra puluerem subuectam, hæreseon tenebris, imo dementijs penitus disiectis, rutilat & splendet. Quemadmodum item illa Isabella se nempe femina maior, & cordatior regi magno, & cordato, ac toti regno à consilijs semper fuit, vt utilis ita accepta: sic Catharina hæc serenissima, dum se in dies virtute ac sapientia superat, regi omnium, quod palam est prudentissimo, & consultissimo ac toti regno merito à consilijs est non minus prouida, quam accepta: eo nomine auiam superans, quod eum auctoritatis locum apud exteros adepta est, quem apud suos illa. Postremo ad id audendum mouit, quod rem tantè heroidis nomine illustratam perpensus docti legent atque indocti, fietque ita, vt compendiosiore via omnibus palam fiat & me pro veritate Regibus meis respondisse, & illorum maiestatem mihi non pro affectu, quo supra merita sunt in me propensio: sed pro iustitia, cuius semper illis cura prima est, fauisse ac fauere. Etis quidem est, Regina Christianissima, nostra in hac re scopus, hoc signū quod cōtingere percipimus. Si enim. T. C. persuasero illā indulti Apostolicam communicationē, regia & heroica benignitate mihi factā pro tenuitate mea me maximi facere, si Regi nostro ac T. M. fidem fecero me de iure huius Cantoriarum bona fide respondisse, si viris eruditus visus fuero in his prælectionibus inquirendæ veritati sedulam operam dedisse, & quæ maximè putavi vera elegisse, Cantoriam cui cedere iusseris, quod sæpè ad te ex animo scripsi, nō sum sollicitus, quippe qui solos manuum mearum labores, quos regia munificencia magnificentissime pensat, manducare beatius cum Psalte duco: maloq; multo Lusitanos qui me hic & ubiq; egregie redamarunt, cum tenuitate humili, imo & cum paupertate in benevolentia continere officio, quam diuitijs & honoribus, eorum in me inuidiam conflare. Accipe igitur maxima Regina mei in te animi pietatem non paruam. Accipe humanissima humile xenium. Accipe Christianissima multa in eo spirantia Christum illum Iesum. Qui vt suæ passionis ignominiam hoc tempore vertit in gloriā, ita labores istos tuos magnos quos regium diadema parit, in requiem tandem commutet æternam, quæque patimur opprobria in sui sanctum timorem & amorem perseverantem conuertat.

Amen.

AD

AD LECTOREM.



RATVM te velim, Christiane lector, ne offendar, me, qui aliud alibi sacerdotium habere videor, & stipendio maximo, eodemque perpetuo regia donor munificencia, Cantoriam hanc, litigiosam præsertim acceptasse. Considerare enim debes primo propediem palam futurum, non esse quod habere videri possum sacerdotium, neque Cantoriam hanc tam mihi, quam ecclesiæ, ac egenis acceptasse: quippe cui non est consilium ditius post hac, lautius, vel ornatius viuere. Deinde, quod donarium regium erat ius quod ad hanc Cantoriam competebat. Veruntamen cum ea primum vacauit, raro & sine vilo, quod meminerim, alterius simili exemplo quatuor dies ab ea tum acceptanda, tum apprehendenda abstinui, cupiens, te Deum Opt. Max. testor, iustam occasionem mihi ab ea explicando offerri. Ad hæc reuerendissimo episcopo Conimbriensi multis nominibus non mihi vni colendo testatus fui nil quod ei non esset gratum placiturū. Qui, vt est ingenio candidissimo, maximè se cupere respondit me in sua ecclesia, cum ab ea ad supernam ascenderet, cantorem relinquere, pollicitusq; fuit, quod & diligenter præstitit, curare, vt iuris quod competitori esse rumor habebat certior fierem. At competitor & eius procuratores nil tam rara mea ciuilitate moti, nil tanti viri, quæ illius humanitas fuit, rogatu flexi adduci non poterunt, vt sui accessus copiam facerent, neque tunc, neque viginti & amplius diebus, quibus eam postea pacifice possedi: dubium an angelo lucis, an tenebrarum id suggerente. Testis est enim ipse Dominus Iesus, de cuius bonis litigamus, cuique placeat sua suæ voluntati magis obsecuturo permittere, ablegaturum à me hoc negotium fuisse, si has quales quales accessus literas re integra legere licuisset. Postremo eodem Iesu, cuius tremendo tribunali omnes olim sistemur ad vnum, teste, ilico visis literis, licet inuite traditis, ab hoc me negotio expliciturum fuisse, si per conscientiam, & per quam Regibus meis debeo bonam fidem, & iuris in quo versor turpem ignorantia infamiam licuisset mihi credere, ac Regi, & D.N. serio me interroganti respondere competitori ius in ea esse canonicum. A deo quidè, vt quod priuatim & publicè testatus sum ardentius, quam Catoriam desiderarim competitoris & fautorum ipsius gratiam inire, & dignū persona, quam in hac ætate, & huius regni teatro ago exēplum exhibere, libere illi eam permittendo, & manu mea in possessionem amice ac iucunde inducendo. Neq; vero alia sum in præsentia mēte.

Imo quidquid viri eruditione ac timore Dei prestantes perlectis his scriptis iultum duxerint ac decens, sine mora vlla libes subiero. Demum Christiane lector, vel hinc cognosce me simplicem Christianum magis, quam astutum litigatorem agere, qui omnia mea iura ante incertam litem competitori ac omnibus euulgo, protestatus nil me quod Ecclesia Romana non probarit, probare. Protestatus item omnia hæc scripta in iuris solum disputationem sine vllius & mea iniuria referre, ideoque nil eorum affirmare, quod me vel aduersarium lædat, probandi onere leuet, aut grauet: quasi declamationem fictam non veram causam dixerim. Per cuius operis inopinatum magnitudinem facile me excuses, quod promissos tituli de præbendis & alios hæctenus commentarios non emittam. Cæterum duodecim & amplius exceptiones quas habeo conceptas, quasque summam in cathedra euulgauit, ad curiamque Regiam misi aduersus competitorē, si interdicto vnde vi, vel alio remedio restitutorio pugnaturus in arenam descendere tentaret, iure optimo fundatas, cum primū oportuerit eadem rem, ni me concepti operis amor fallit, vtilem, iucundā, & emunctissima quaque nare non indignam. Vale.

L I C E N C I A.

YO Iuan Gallo de Andrada escriuano de camara de su Magestad, de los que residen en su Consejo: certifico y doy fee, que por los Señores del Consejo de su Magestad, se mandò imprimir hasta mil y seyscientos cuerpos de vn libro intitulado *Martini ab Azpilcueta Iurisconsulti Nauarri & Combricensis in decretis Pontificum Gymnasta primarij prælectiones in cap. Si quando. & cap. Cum contingat.* Y para que dello conste, di la presente. En Madrid, a diez y ocho dias del mes de Março, de mil y quinientos y nouenta y cinco años.

*Iuan Gallo de
Andrada.*

V T R I V S Q V E D I S P U T A T I O - nis propositiones.

Capit. Si quando.

Exceptiones autoris contra competitoris accessum discussæ
in seq. prælectio. cap. Si quando.

- P**rima quod indultum Regina omnibus illis contrarijs, & in his accessui competitoris derogat.
II. quod accessus in penam pensionis non soluta qua semper soluta fuit competitori concedebatur.
III. quod competitor dixit Papa se habuisse antea prouisionem, quam non monstrat Apostolicam.
III. quod renuncianit accessui per adeptionem archidiaconatus Santarenfis, iuxta Cle. Gratia de rescript.
V. quod is accessus labe Simonie à principio fuit infectus, & per fraudes occultas impetratus.
VI. quod competitor in fans & imprudens tempore accessus erat.
VII. quod nulla indoli: egregia indicia exhibebat quo tempore is accessus in eis fundatus concedebatur.
VIII. quod scholarum se nominat in hoc accessu, qualis non erat.
IX. quod competitor quo tempore Cantoria hæc vacauit, & illi ius in ea quarendum erat, mente captus inuentus est.
X. quod competitor indignus est hac Cantoria prudentia defectu, vbi multa sacerdotiorum distributoribus accommodari videas simul & susceptoribus.
XI. quod competitor illiteratus scientiam nullam vel non iustam habet, neque vllam proficiendi spem, vbi etiam multum sacerdotiorum distributoribus & susceptoribus conuenientia.
XII. quod competitor quasi quadragenarius curatorem bonorum habebat quo tempore illi ius per accessum in Cantoria quarendum fuit.
XIII. quod accessus competitoris videri potest reuocatus per regulam Cancellarie S. D. Paul. Papa. III. gratiarum reuocatorium.
XIII. quod Clementina Clementis VII. de filijs pre. byterorum accessui competitoris derogare videtur. Quod copiose ac longe pulcherrime disputatur.

Cap. Cum contingat.

- XVI. cause nullitatis censurarum pro competitore latorum, quarum nullam officere in eum latis in singulis monstratur in cap. Cum contingat disputate.
I. quod gratia accessus ab initio fuit ipso iure nulla vel post reuocata, & consequenter subexecutoris, qui has censuras tulit deputatio.
II. quod dignitate ac canonice carens, qualis est qui has censuras tulit, nequit esse mixtus executor Apostol. nec censuras Apostol. ferre.
III. quod is subexecutor sine vlla cause cognitione ac citatione contra possessorem 20. dierum & amplius continuam processit.
III. quod tanquam merus executor procedens dilationem dedit. Quod non potuit ad incurrendam saltem excommunicationem & penam.
V. quod nimium breuem terminum, scilicet 15. horarum ad de magna re deliberandum præfixit.
VI. quod ilico M. intra illas 15. horas appellauit.
VII. quod is subexecutor nulla ratione in M. iurisdictionem habuit. Quoniam neque in literis subexecutorijs exprimebatur, neque aliter quam iure contradixit.
VIII. quod incipit ab executione sine vlla clausula iustificatiua vel audiente permissiua.
IX. quod clanculum nulla vsquam sui copia exhibitã processit, velut apes aculeo infixio fugiens.
X. quod post iustam recusatorem processit.
XI. quod sciens se nullam in M. iurisdictionem habere, illas tulit.
XII. quod die maxime feruato, nempe Virgini matri diuorum principi sacro declarauit M. incurrisse penas censuræ.
XIII. quod competitor à suo rescripto discessit prius excipiendo contra rescriptum M. quum suum iudici presentasset.
XIII. quod post multas appellationes eas tulit.
XV. quod à declaratione pena censura incurse M. ilico appellauit: quod & si censuram precedentem non potuit reddere nullam, certe quoad euitationem reddidit inefficacem.
XVI. quod is subexecutor induens delegationem Apostol. quasi leonta hypercroton cum competitore ac fautoribus eius iniurius fuit Deo, Sed. Apost. ac Regia dignitati.

Remedia

Remedium contra censuras has & similes.

- I. *vt vim qua post tot appellationes à Sed. Apost. factas M. censuris nullis contra ius fasque opprimitur, auctoritas regia reprimat, iubendo appellationi deferri, aut per processum quare id fieri non debeat monstrari. Quod autor percipit in usum in his regnis, vt in alijs assumi.*
- II. *vt index M. postquam omnia qua potest contra competitorem & eius iudicem fecerit, brachium seculare contra illos imploret.*
- III. *vt nec M. neque vllus alius in vlllo foro huiusmodi censurarum umbras timeat neque seruet, cum iam nullitatis causas à principio ipse satis publicarit. Cui post 7. oppositiones solutas 13. corollaria rem quotidianā luculentissime experientia subscribuntur.*
- III. *vt Quadragesima hæc penitentia omnium errorum, & in his eorum qua in his censuris ferendis admiserunt, competitorem & fautores eius admoneat.*
- V. *vt episcopus Comimbrensis. reuerendis. & capitulum eius perquam colendum non seruent eas. Quod iuste illos posse monstratur.*
- VI. *vt Legatus à latere Sed. Apost. iure legationis speciali super appellationis causa adeatur.*
- VII. *vt Legatus per clausulas speciales vel alius specialis delegatus de causa cognoscat.*

ERRATA S.

Pag. 1. lln. 11. mate. lege ma. fol. 3. lin. 5. eruditio, leg. eruditio. fol. 4. lln. 10. potest in pignor. habend. leg. potior. in pignor. habeant fol. 8. lln. 31. Postulati, leg. Postulasti. fol. 12. lin. 6. trimentium, leg. timentium. fol. 14. lin. 10. quod, leg. quor. fol. 25. lin. 5. Nazarius, leg. Nazarius. fo. 34. li. 38. quæ, le qui. fol. 41. lin. 30. vulgatum, leg. vulgatum. fol. 45. lin. 7. præminent, præminet. fol. 47. lln. 11. defunctum, defectum. fol. 48. lln. 9. scite, sciente. lin. 27. recusēt, recusent. fo. 51. li. 34. nul, nulla. fol. 52. li. 34. excōmunicatio, excōmunicato. fo. 53. li. 20. mediocrim, mediocrium. fo. 55. li. 13. fundat fundant. fo. 68. li. 6. effectuum, effectum. fo. 84. li. 24. mancipata, mācipati. fo. 87. li. 21. vole, vo. fo. 90. lln. 4. dici, dicit. fo. 91. li. 33. radiu, radix. fo. 93. li. 25. detur, detito. 99. li. 11. Christianissimi, Christianismi. fol. 105. lin. antep. tracturus, tractaturus. fo. 108. li. 1. iudicium, iudicum. fo. 111. li. 27. intuitur, inuitur. fo. 122. li. 2. forte, fortè. li. 32. ille, illæ. fo. 129. li. 18. feri, fieri. fo. 130. li. 34. dicendum, decendum. fo. 131. li. 14. Anchor, Anchar. li. 23. impetrandi, imperandi. fo. 139. li. 17. hospitem, hospitium. fo. 141. li. 30. in, ni. li. antep. Quo, Quod. fo. 149. li. 18. absente, absenti. li. 19. appellate, appellare. fol. 162. li. 29. appellatio, de appellationis. fol. 164. lin. 6. attentorum, attentatorum. ibidem violentia, violenta. fo. 172. li. 37. decif. glo. decif. est glo. li. antep. vitari, vitari. fo. 173. li. 20. prælati, prælato. fo. 174. li. 18. presbyterum, presbyterium. fo. 175. li. 2. publicetur, publicetur. fo. 177. li. 10. quæ, qui. fol. 183. li. 14. reliquid, reliquid. fo. 193. li. 19. præcedenti, præcedentis. fol. 185. li. 38. rietate, ritate.

Con estas emiendas, estan corretas conforme a su original impresso, estas prelecciones, sobre el. c. si quando, y el. c. Cum contingat de Rescript. En Madrid, a xxix. de Março, de mil y quinientos y nouenta y cinco años.

Iuan Vazquez del Marmol.

INDEX OMNIUM SUMMARUM AD MARGINEM COLLECTARUM ordine alphabetico digestus.

- A.**
- A** Breuiatio termini citatorij non est iusta causa appellandi ei qui intra terminum coram iudice comparere potest. fol. 128. lit. q
- Absens ab episcopo excommunicatus in præsentia canonicorum vocandus est ad electionem ab eis, vt sciant an ille prætenfurus sit se nulliter excommunicatum. 181. y
- Absolutio ad cautelam non datur ab excōmunicatione ordinarij lata post appellationem, nisi aliquo prius excōmunicatione probata: quamuis brachium contra eum denegetur. 167. q
- Absolutio ad cautelam nõ impeditur propter exceptionem manifestè offensæ, quando excōmunicatio allegatur nulla ob iurisdictionis defectum, siue manifestum, siue dubium. 194. c
- Ac hæc vox diuersa copulat. 8. r
- Accessor nõ habet plus iuris ante mortem eius cui est accessurus, quam heres ante mortem testatoris. 80. b
- Accessus noua vox etiam iuris peritis quid significet, & apud quos inueniatur. 4. h
- Accessus ante conditionem impletam solum ius ad rem tribuit, non in re. 4. i
- Accessus renuntiatio antequam per eum accedatur facta nil iuris vacare facit. 5. l
- Accessus, regressus, & coadiutoria cum futura successione ius tantum ad rem tribuere. 5. m
- Accessus, regressus, & pensio raro vel nunquam conceduntur, nisi renuntianti, vel contemplatione renuntiationis. 9. x
- Accessum, regressum, & pensionem Papa non concedit, nisi ob renuntiationem. 14. m
- Accessus expectatiua quædã gratia. Quo nomine primam Paulus videtur in suis legibus vsus, nec non & eius tempore iuris periti. 62. n
- Accessus quædam collatio conditionalis. 62. p
- Accessus aliquando excipitur, aliquando non in reuocatione expectatiuarum. 613. r
- Accessum & regressum non esse in fauore pares. 65. r
- Accessus coadiutoria inferior est fauore. 65. u
- Accessum à se concessum Papa non tam facile reuocat, ac à præcessore accessum, & ratio germana huius. 67. d
- Accessum habenti consilium vtile. 65. f
- Accessus per compositionem pecuniariam obtineri. 68. f
- Accessui & regressui non præiudicatur per prouisionem cum clausula: si nondum est aliquid iuris quæsitum: sed alijs expectatiuis sic. 79. z
- Accessum ad hanc Cantoriam præambulum quoddam esse ad successionem in illam, veluti ius patronatus ad beneficium. 93. a
- Accessus modus quærendi ciuilibus, non ius quæsitum. 103. b
- Accessoriè non licet quod principaliter vetatur, quando eadem prohibendi ratio in vtroque modo inuenitur. 111. k
- Acquirere, gignere, agere difficilius, quam conseruare. 46. k
- Actio de dolo datur in eum qui permittit incipere & non perficere opus in re sua. 74. z
- Actum nullum non esse actum. 169. a
- Actus consummatio & illius in suum effectum perfectiue reductio executio quædam illius est. 57. p
- Actui quæ non sunt necessaria inutiliter & ineptè adhibita eum non vitare: veluti si instrumentum alijs munitum sigillo deficiat. 116. b
- Adeundi potestati alia ius per se subsistens, alia non. 80. b
- Alciatus laudatus post relinquitur. 82. c

* Aloisius

I N D E X R E R V M.

Aloisius Apost. Sed. Legatus vir multis nominibus illustris & suspiciendus instar angeli pulchritudinis ac lucis Conimbricā suo fratri restituit. 172. l
 Alternatiuam ordinariorum coadiutoriā tollere. 64. f
 Amicitia nonnulla iusta recusandi causa illa nempe quam iudex talem arbitratitur: nam & nonnulla repellit testem.
 Antonij memorabile de meris executoribus dictum ad verbum relatum. 138. g
 Appellari potest ab actu nullo, quem tamē appellatio non confirmat. 150. n
 Appellari potest in iudicis absentia, quādo ille sui copiam non facit, neque oportet eum amplius querere, etiam ad perendum apostolos. 151. p
 Appellari à pœna legis non posse: à declaratione vero, quod pœna fuit incurta, sic. Et ideo appellationem à declaratione, quod excommunicatio fuerit incurta validam esse ac suspensiuam. 151. q
 Appellanti legitime vim facit iudex qui eum excommunicatum denuntiat. 156. f
 Appellandum coram iudice si eius copia potest haberi, aut certe intra debirum tempus intimandam esse iudici appellationem in absentia interpositam 129. y
 Appellatio non suspendit actum futurum ab excommunicatione præterita omnino pendentem, & illi annexum. 73. t
 Appellatio competitoris risu digna multis de causis. 128. t
 Appellatio prius scripta in libello appellatorio debet offerri, vt in scriptis dicatur facta: neque sufficit, quod dum fit vel mox ac facta fuerit scribatur. 129. u
 Appellationis intimationem fieri posse per negotiorum gestorem alium quēlibet non habentem mandatum equius videtur. 129. z
 Appellatio in absentia iudicis facta & per quemcunque illi intra decendum intimata valet. 130. a
 Appellationem intimari per partem, vel procuratorem maius est, quam eam notificari per alium. 130. b

Appellationis in absentia factæ intimatione sicut faciēda est intra tēpus appellādi, vt appellatio valeat, ita est faciēda intra terminum in monitorio contentum, vt censuras reddat nullas. 130. c
 Appellatio ab excommunicatione lata, si iurata est, deuoluit quidem iurisdictionem, non autem sententiam suspendit. 131. d
 Appellatio ab interlocutoria in scriptis, & causa speciatim inserta faciēda est. Nec sufficit per relationem ad acta: quamuis sic per relationē ad certam actorum partem, præsertim ad aliam appellationem. 147. h
 Appellatio ab excommunicatione, nō suspēdit quidē illā, sed à sententia declaratoria, quod ea est incurta illā suspēdit, siue ab homine, siue à lege infligatur, paulo post. 151. p
 Appellatio ab excommunicatione nō suspendit denuntiationē futuram, sed appellatio à declaratione incurtionis sic. 152. r
 Appellatio à declaratoria incurtionis excommunicationis maioris virtutis, quam appellatio excommunicationē præcedens, quoad euitandam euitationem aliorum. 152. f
 Appellatio à declaratoria excommunicationis incurta non efficit ipsam nullam, sed denuntiationem, aggrauationem simul, & interdictum sequentia sic. 152. c
 Appellatione de interposita ad Papam non cognoscit Rex ad finem pronuntiādi, an iusta, an iniusta sit appellatio, sed ad finem cognoscendi, an iudex vim inferat appellanti, sic. 159. p
 Appellationis causa non est eadem cum causa vis quæ contra illam infertur, sicut neque cum causa attentatorū pendente illa. 163. c
 Appellatione de interposita ad S. A. etiam principaliter cognoscit interdum ordinaris. 192. x
 Appellationē ab excommunicatione lata suspēdere hodie denuntiationē & præteritam denunciandi in his, quæ nō sunt notoria saltem probabilissimum. 185. b. & c.
 Appellatio per nullitatem sententiæ iustificatur, quando est à diffinitiuā, & etiam quando ab habente vim diffinitiuā, & etiā quādo ab interlocutoria, si ex causa illam annullante expressa fiat. 185. f
 Arbitrio

I N D E X R E R V M.

Arbitrio iudicis relinquatur quanta prudentia sit beneficiario necessaria. 37. l
 Archidiaconi sententia malè intellecta eū clausula Cæterum, peius perpena causa errandi fuit circa executorum qualitates. 118. h
 Archidiaconi opinionum contrariarum concordia. 185. t
 Argumentum à sufficienti partium enumeratione validum. 80. e
 Argumentum in arguentem regeritur. 96. l. & 98. r. & f. & noua & pulchra consideratione 97. n. & iterum retortū. 98. u. & 100. b
 Articulus causę non iurisdictionalis cuius delegabilis. 118. i
 Auctor veniam petit, quod competitorem nolens, vt se defendat, offendit.
 Auctor veniam summatum & infimatum præfatur in princip. ex ro. 35. & in princ. ex. 11. 40.
 Auctoris iusta de quibusdam conquestio. 192. y
 Auctor correctioni Sed. Apost. Legati eius & cuiusuis rectius sentiētis omnia subicit. 184. g
 B.
 Bartolus defenditur contra Imol. & recentiores. 88. h
 Beneficij amici impetratio ad constituendam pensionem vel concedendum accessum, vel regressum facta, si vterq; id facere cupit, dolosa præsumēda est. 14. l
 Beneficij ecclesiasti non est capax prudentia incapax, natura iure repugnāte. 19. y
 Beneficia pueris conferre, existētibus adultis idoneis, inexcusabile. 19. b
 Beneficium conferri nequit, etiam à Papa infanti, furioso, & prodigo: neque illi si conferat, parendum est. 16. c
 Bñficiū Papa, et sciēter ei cui ē bonis interdictū. Qñ nō potest dispēfare, quare. 29. h
 Beneficiorū siue sacerdotiorū distribuēdorū incurtæ & petitionis improbæ reprehensionis tacitæ venia petitur. 35.
 Beneficio ecclesiastico habendo non sufficit omnis prudentia quæ ad peccatū vel meritum est satis. 36. i
 Beneficio indignus, qui nescit legere & cōstruere. 42. z

Bñficiorū collatio facta ei qui nihil calleret latinè vt plurimū nulla est ipso iure. 44. n
 Beneficium ad acquisitum tenendū qui nō est idoneus, à fortiori nō esse idoneum ad id quod nondū est acquisitum, & contra dicentium monitio vehemens. 45. i
 Beneficiū acquiri vetat furor præueniens, non tamen tollit subsequens. 45. m
 Beneficij collatio idoneam scientiam non habenti facta, nulla: & tam ei cui cōferatur, quam cōferenti peccatum est, & ad alium deuoluitur faciēda. 47. n
 Beneficij collator tenetur de omni dāno, quod indignus præstat. 48. q
 Beneficij collatio digniori fiat. 50. z
 Beneficij collatio facta illiterato & parum scienti, nec spem plus sciendi promittēti conueniunt in eo, quod vtraque est nulla: sed differunt, quod illa non præstat titulum coloratum, hæc autem sic. 51. a
 Beneficij collatio quo casu facta ab ordinario est nulla, etiam facta per literas Papę non valet. 51. b
 Beneficij collatio facta per executorē non valet, quando Papa si sciuisset veritatē, id fieri non iussisset. 51. c
 Beneficiorum collatorum alios esse incorruptos, alios corruptos. 51. d
 Beneficiorum collatoribus horrenda sententia. 52. e
 Beneficij collatio facta excommunicatione, nulla: non autem vt plurimū quę fit capitalis criminis reo. 52. h
 Beneficij collati collationem non per omnem defectum morum honestatis reddi nullam, sed per illam & illam. 53. k
 Beneficiū qui accipit sine scia idonea illi regendo peccare dū accipit: imo & postea retinendo acceptum, si eam quā citissime commodè potest non querat. 58. b
 Beneficij collationem, quæ illiterato facta nulla est reuiuiscere literis queritis & collatore in eadem voluntate perseverare probabile. 58. c
 Beneficium qui sciens nō esse suū apprehēdit in habilis ad aliud efficitur. 58. d
 Beneficij ecclesiastici nō est capax qui maior 25. annis curatorem habet, quoniam eiusmodi viro non sunt ecclesię gubernacula committenda. 59. g

I N D E X R E R V M.

Beneficia ecclesiastica nō querit maior qui curatore iuuatur, alia vero sic. Quia in illis non furioso, sed pupillo exequatur, & queratio diuersitatis. 59.k
 Beneficio inseruēdi potentiā propriam & & per se quis debet habere, nec sufficit per alium id facere posse. 61.l
 Beneficia siue vendi possunt, siue non à Papa, parum tamē decet id de ipso dicere: cum quod ipse facit, honestiore nomine appellari queat. 66.y
 Bñficijs in ecclesiasticis quodlibet licet Papæ, secundū cōem. Quod nō videt verū, quoad omnia, quamuis quoad tollēdas literas de vacaturis regulariter sic. 67.e
 Beneficium ob causam iustam dimissum, causa non cōsecuta reddendum. 73.u
 Beneficium ad ecclesiasticum ius per irregularitatem & inhabilitatem superuenientem perdi. 76.f
 Beneficium patris per statutum debitū ante hanc Cle. filio eius post illam ei conferri non posse. 79.a
 Beneficium ab alio possessum conferri quidem sine causę cognitione potest: non tamen possessio illa sine illa tradi. 120.t
 Beneficiarijs literis vel expressē inferitur, vel tacitē inest clausula: si dignus est impetrans: quæ instruit executorem non suspendit gratiam. 35.g
 Bernardus epus S. Thomę laudatur. 182.e
 Bonorum omnium exteriorum maximum esse honorem & famam. 156.la
 Brachium seculare non est impartendum contra eum qui appellauit, etiā ab interlocutoria, si ex probabili causa id fecit, & non constat eam esse falsam. 164.d
 Brachium seculare inuocāt delegatus subdelegatus & subexecutor Papæ. 165.f
 Brachij secularis inuocatio non competit inquisitori iure speciali, sed cōmuni aliorum delegatorum. 165.h
 Brachiū seculare delegatus Papę inuocat, nullo super hoc ad ordinariū ecclesiasticum recurso habito, si habere noluerit, quamuis possit si voluerit. 166.i
 Brachium seculare quando contra appellatē non sit impartendum. 166.k
 Brachium seculare impartitur de nullita

te sententię cognoscit: sicut & executor mixtus. 167.n
 Brachium seculare non est impartendum ecclesiastico iudici extraiudicialiter illud petenti ad id quod est iniustum. 167.o
 Brachium seculare non est impartendum regulariter contra appellatē in forma & tempore debitis. 167.p
 Brachium seculare impartitur tantū potest de sententiā cognoscere, quantum executor mixtus. 168.r
 Brachium seculare cum ab vtraq; parte contra alterā petitur quid faciendum. 168.b
C.
 Canonicus Conimbricensis qui scādalum posthac in cōmunicatione M. acceperit, non pietatis, sed mali animi signa dabit. 181.b
 Canonicorum Conimbricensiū religio & puritas animi magna, quę vt semper crecat ex animo desideratur. 172.i
 Canonici Conimbricenses qui M. nulliter excommunicatum vitarunt in diuini a principio vix à peccato & restitutione diuini obsequij excusari, post hęc autem scripta insinuata & causam à legato receptam, minime. 181.z
 Canonici Conimbricenses si contemnerēt seruare Canones Apostolicos vitationē excommunicati verantes, deponi posse ab ordine & beneficio: non tamen hereseos suspectos habendos. Quoniam eorum in Sed. Apost. obseruātia notissima est. 182.b
 Canonicos Conimbricēses olim nō fuisse minoris eruditionis, quam nunc. 185.q
 Canonici Conimbricēses à rumore in eos parum iusto excusantur. 187.e
 Canonicum literarum esse oportet. 57.y
 Cantorię Conimbricensi quę, quanta, & qualia incumbunt. 37.k
 Capacitas beneficij tempore acquisitionis & collationis inesse debet etiā quando tempore quoq; impetrationis adesse oportet. 31.q
 Capacitatem oportere adesse tempore collationis non dubitant disputantes, an oporteat adesse tempore impetrationis. 32.t

Causa

I N D E X R E R V M.

Causa non præsūmitur in principe, quando facit quod sine illa non potest; contra Ci. & Pan. 66. b
 Causam immediatam, non mediatam considerandā, & ideo ius cōpetens alicui ex periurio tolli posse p pœnitentiariū. 81.f
 Censuras falsas pro veris colere, non esse vi ripij, nec docti. 178.l
 Censuras tolli vel nō tolli pparū refert ptis pro quasunt latę, si appellō pēdet. 184.a
 Censuras in prejudiciū alterius seruare, quando seruandę non sunt, non est religio sed superstitio. 181.a
 Christianos parum Christianos. 181. i
 Citat° cui declinatoria exceptio fori cōpetit eā allegare debet nisi sit notoria. 128.f
 Citationem iure naturę faciendam esse, & ideo neque à principe tolli. 136.z
 Clausula non obstantibus. &c. etiā si essent talia. &c. quorū tenores. &c. tollit necessitatem inferendi tenorē contrariorū. 6.o
 Clausula prædicta quod dictum est operatur, etiam si caueatur in contrarijs ne id operetur. 6.p
 Clausula prædicta id operatur, etiā secundum contrariam opinionem, quando in lege poneretur, vel stilus Curię id haberet. Quod constat habere. 7.q
 Clausula quæ inferitur alicui capitulo accessorie, non refertur ad alia. 7.q
 Clausula: quouis alio modo vacante, omnem modum vacandi ex persona expressa cōtingentem comprehendit: etiā per obitum, cuius verisimilem notitiā nondum impetrans habebat. 8.t
 Clausula: sicut asseritur, & sicut asseris, differunt. 8.u
 Clausula gratię, etiam impulsivę, si falsa est etiam vitiat pro communi & Decio contra eundem & noua concordia. 9.y
 Clausulę proemialis, vitę ac morum honestas, intellectus. 25.y
 Clausula, supplens defectus, non extenditur ad naturales. 30.k
 Clausula, Ceterum, processibus fulminatis inferi consueta, vt varię conditionis subexecutores continet, ita variē circa illos operatur. 117.q.
 Clausula, Ceterum, etiam laicos aliquot facit subdelegatos. 114.t

Clausula, vocatis vocādis, subintelligit in omnibus cōmissionibus quas cum cognitione causę oportet expedire: 115.y
 Clausula, contradictores, &c. quos comprehendat. 132.g
 Clausula: inuocato si opus fuerit brachio seculari, tacitē intelligitur in literis Papę, & expressio fieri solet ad abūdantē & non necessariam cautelam. 165.g
 Clem. Gratię de rescriptis maximē habet locum in gratia speciali. 18.x
 Clementinę constitutionis de filijs presbyterorum parētibus mediatē, neque immediatē in sacerdotia substituendis tenor. 68.g
 Clement. de filijs presbyterorum, filijs eorum ante illam nātis nocet, & facultas succedendi eis competens cum accessu confertur. 79.b
 Clericis nonnunquam dici à laicis: Vbi est Deus Clericorum? 137.d
 Collatio factā indigno nulla est, & deuoluitur ad alium faciendam. 35.u
 Colloquia omnia tutius nostra ætate fugere. 176.f
 Compositio cum Papa facta super accessibus concedendis non trāsit ad successorem regulariter. 96.k
 Concilium contra generale neque episcopus dispensat, neque legatus. 49.y
 Conditionale debitū perire propter impedimentum & incapacitatem. 75.d
 Confessarios parum doctos & liberos, litiū occasiones esse. 190.r
 Conimbrica in Lusitania vrbs præminēs. 53. m
 Conimbricā interdicto ecclesiastico multis nominibus nullo propter se scēdatam fuisse M. non abs re doler. 172.k
 Conimbrica egregijs cōcionatoribus & doctissimis in quauis facultate viris, ac selectissimis nobilibus & cognitorum causarum fidei præsentia nobilis. 182.d
 Conscientiam octo de causis fieri etroneam. 176.d
 Consciētę puritati discretionis iudicium deesse non debere. 178.m
 Consueta tacite intelligi, & ideo expectati uæ reuocādę facultatem tacitē successori reseruati. 66.a

I N D E X R E R V M.

Consuetudo nequit induci contra legem
clausulam decreti irritantis continen-
tem. 115.u
Contractus vim non habet compositio in
accessu interueniens. 95.f
Contractus vim non habet gratia pretio
concessa, qua ius reuocabile tantu que-
ritur. 96.g
Contractus ex iusta causa tollitur a prin-
cipe. 96.i
Contradictor quoad clausulam: con-
tradictores &c. non dicitur qui iure
contradicit, & ideo non qui posses-
sionem suam sine cognitione ac dis-
cussione cause non vult relinquere:
132.h
Crimina quæ irregularitatem gignunt re-
missiue. 54.p
Curia Romana causarum ad se voluenda-
rum cupida. 138.h
D.
Datam accessus ad diem conditionis imple-
tæ trahi, quod omni expectatiuæ est
commune. Cuius ratio triplex tangitur.
4.g
Delegatus cum clausula appellatione re-
mota non potest subdelegare cum illa,
& ratio germana quare in clausula Cæ-
terum, processus fulminati & subexecu-
torij non reperitur clausula: contradi-
ctores. &c. que ponitur in executorijs.
127.l
Delegatus iudex in nemine habet iurisdic-
tionem, nisi in speciatim vel generatim
in rescripto nominatos. 131.e
Dilatio nimium breuis grauat: que autem
sit eiusmodi, arbitrio iudicis relinquitur.
171.r
Dilatio citatoria & deliberatoria non
requirunt causæ cognitionem. Quæ
tamen ad producendos testes vel alio
modo instruendam causam sic. 122.b
Dispensare viderur Papa hoc ipso, quod
scienter efficit aliquid contra iura, non
autem ordinarius qui sine causæ cog-
nitione id fecit. 30.i
Dispensationem siue indulgentiam Papæ
qua monachum de alio in alium ordinem
transfert, eo quod a suo apostataret, nul-
lam esse, si non detexit Papæ se ideo apo-

stataste vt eam indulgentiam facilius im-
petraret. 15.n
Dispensationem siue indulgentiam matri-
monij scienter male contracti & con-
summati, eo fine, vt facilius impetra-
retur, inutilem esse, nisi hoc detegatur.
15.o
Dispensatio quoad etatem infantile & pueri-
le circa prudentiam facta non compre-
hendit virilem ac perfectam. 39.p
Doctor quidam Academicus doctus & ami-
cus excusatur. 176.u
Doctoris dictum secundum ea que allegat
intelligendum. 56.x
Doctoris vnus eruditione ac animi pieta-
te celebris auctoritas excusat etiam a viola-
tione censurarum. 183.k
E.
Ecclesiam viris literatis non a finis ferratis
indigere. 16.f
Electus & confirmatus repellitur ab episco-
patu, si ante consecrationem fiat inha-
bilis. 23.e
Emphyteusis a patre pro se ac liberis suscep-
ta cadit sub lege noua, quando talis est
in qua pater filio preiudicare possit.
102.g
Episcopos nimium ad ordinandos illitera-
tos faciles 44.m
Etate qui maior est non nunquam iudicio
est minor, imo puer & infans. 39.q
Etate qui maior est, iudicio tamen puer,
dignus est qui restituatur, indignus ta-
men qui dignitate inuestiatur ecclesia-
stica. 39.r
Etatis nostre corrupti mores mundicie
magne impatientes. 54.f
Etiam hæc vox implicat & ampliatur. 8.f
Exceptio de regula debet esse. 62.o
Exceptio peremptoria quæ non solum
gratiam, sed etiam literas perimit, an-
te litem contestatam opponi potest.
107.e
Exceptio que in vim dilatoriæ semel op-
posita postea in vim peremptoriæ op-
poni potest, non est admittenda in
vim dilatoriæ, nisi opponens se offe-
rat probaturum incontinenti, in-
tra videlicet tempus arbitrarium.
109.g

Excom-

I N D E X R E R V M.

Excommunicare parochum non posse iu-
re communi, quia nullam eiusmodi iu-
risdictionem habet. 119.m
Excommunicare qui non potest principa-
lem, minus participantem cum eo po-
test. 185.q
Excommunicare non potest delegatus parti-
cipantes cum excommunicatis a se, nisi
quando per illam participationem sua
iurisdictio turbaretur. 104.p
Excommunicans appellante legitime nul-
lam aut paruam vim iniecit: at denun-
cians excommunicatum, grauem. 156.g
Excommunicatus acceptat beneficiu, non
tamen fit ei collatio, 45.l
Excommunicatus celebrans irregularis est,
& dignus qui priuetur beneficijs, etiam
episcopatu si sit episcopus regulariter:
sed fallit quando post appellationem fuit
excommunicatus. 170.e
Excommunicatus post appellationem qua
putat legitimam celebrans non est irre-
gularis, etiam si postea declaratur esse il-
legitima. 170.f
Excommunicatum post appellationem etiam
denunciatum non vitans in diuinis qui-
bus omnes interesse debet, sanius facit,
quam qui vitat. 172.n
Excommunicati excommunicatione nul-
la, electio valida, neque infringitur licet
deferatur appellatio, præterquam quan-
do illa tenuit. 172.n
Excommunicatus post appellationem vt
vitetur præcipienti prælato non esse a
subditis parendum. 173.q
Excommunicatum post appellationem vi-
tandum esse, si constat clare eam non esse
legitimam, non autem si constat eam esse
iustam vel dubiam. 176.g
Excommunicatus post appellationem a iudi-
ce procedente appellatione remota qua-
do vitandus, & quando non. 177.h
Excommunicatus qui nouit excommuni-
cationem in se latam esse nullam, & ideo
non parat præcepto sub illius poenitentia facto
peccata, diuinis, etiam ad quæ consilio
tantum tenetur, abstinendo, si modo iu-
risperitus. 178.k
Excommunicatus si doctus est, & vir exem-
plaris qui nouit excommunicationem in

se latam nullam esse, & ob id illi non parue-
rit, peccat parendo ei, si nunc quoque in
eadem est opinione. 178.k
Excommunicatus vt vitari non debeat,
non oportet excommunicationem no-
torie nullam esse, sed sufficit probabili-
ter id credi. 179.p
Excoicatus nulliter non seruet excoicationem
postquam nullitatis causam publicarit. 70.d
Excommunicato nulliter collatio facta
valet. 173.o
Excommunicatum nulliter qui vitant in
actibus in quibus illi præiudicialis est vi-
tatio, peccant. 181.x
Excommunicato post appellationem com-
municans non turbat indebitè iurisdic-
tionem excommunicantis. 175.o
Excommunicatus magis peccat non vitan-
do alios, quam alij non vitando ipsum. 179.t
Excommunicatus nulliter non est vitandus,
etiam antequam de nullitate in iudicio
tractetur quacumque de causa nullita-
tem præterdat; præsertim si pro nullita-
tis causa sit ius commune. 180.u
Excommunicatum denunciati ordinario
licet credatur, tamen qui scit eum ante
excommunicationem appellasse secure
communicat etiam in diuinis. 184.l
Excoicatus nulliter non subtrahi coio-
ne diuinorum, neque beneficiu. 184.m. Neque
illos fructus: iniuste autem excoimunica-
to subtractos restitui apta iniustitia. 184.n
Excoicatus non est persona honesta. 189.l
Excoimunicato communicans in crimi-
ne ob quod est excoimunicatus in ean-
dem incidit excoimunicationem. 181.n
Excoicatio ad iurisdictionem pertinet. Est
enim vel meri vel mixti imperij. 118.K
Excoicationem canonica præcedat moni-
tio. Non est autem canonica que saltè duo-
rum dierum interuallum non contineat,
nisi necessitas aliud suadeat. 124.f
Excoicatio que pro futura culpa fertur non re-
quirit monitionem canonicam: que vero pro
præterita sic, etiam si ea fuerit notoria. 124.g.
Et que pro futura culpa fertur dicitur 125.h
Excoimunicatio lata in possessore ab exe-
cutore gratia, illa ratione, quod nolit
possessionem sine causæ cognitione re-
linquere, nulla. 121.y

I N D E X R E R V M.

Excōicatio sine monitione lata iniusta qui dē est, sed valida, & si à delegato ferat. 125. i
 Excōmunicatio delegati sine monitione lata nulla est, quādo potestas excōicandi cum ea restrictione delegata fuit. 126. l
 Excommunicatio post appellationem iustam lata, ipso iure nulla. 127. n
 Excōmunicatio in cōtradictorem iuris ab executore lata virtute clausulæ, contradictores &c. nulla ipso iure: quod paulo post iterum & iterum probatur. 133. k
 Excōicatio sine monitione lata monitorio executorio sine causæ cognitiōe & clausula iustificatiua lato, est nulla. 136. a
 Excommunicatio monitorij executorij sine clausula iustificatiua: si te senseris. &c. facti nulla. 136. x
 Excommunicationis à sententia purè lata quæ appellatio interponitur non suspēdit illam: quando autem in diem vel sub conditione fertur, sic. 150. o
 Excommunicatio nulla, non est excommunicatio, nec timenda: 170. c
 Excōicatio post appellationē lata per eius desertionē nō sumit vires: nisi quoad hoc vt denunciari & euitari posset excommunicat⁹ donec nullitate probet. 172. n
 Excōicationē nullā nunquā timēdā esse ob pœnā: ob culpā aut scandali, donec eā nullitatis publicetur custodiēdā in publico. Quod paulo inferi⁹ magis explicat. 173. t
 Excommunicatio etiam iniusta timenda quidem est, non tamen nulla. 174. i
 Excommunicationis huius nullitatis causas satis superque publicatas fuisse. 175. a
 Excommunicatio cuius fundamentum est alia, ea non existente cadit. 185. r
 Excōicationes in participātes ab executoribus latas nullas esse, nisi nominatim moneantur. 185. f. Et raro valere. 186. y
 Excommunicationem & interdictū nō uel ultra cōmunes differētiās differre. 188. f
 Excōicationē aliqn reddit fortiorem denunciatio. Quo casu appellatio ab excōicatione lata, denunciatiōe suspēdit. 196. i
 Excommunicatio, vt nulla & iniusta simpliciter declaratur, peti posse. 197. m
 Executorū deputatiō nulla & inutilis est ipso iure, quando nulla quoque & inutilis est gratia in quam exequendā illi de-

putantur, quoniam hæc deputatio gratiæ accedit. 106. b
 Executor mixt⁹ Papæ vel Legati nō potest esse, qui canonica vel ecclesiastica dignitate caret, quia verus iudex est. 110. i
 Executor nudi ministerij, etiā Papæ potest esse qui non est canonicus, neque dignitate præditus. 111. l
 Executorum gratiarum Sed. Apost. ob insolentiam male audit ipsa. 112. m
 Executor gratiæ à S. A. non deputatur, nisi cui cōgruat c. Statutū. de rescr. li. 6. 112. n
 Executorem, qui partes iudicis assumere tenet, qualificatum esse oportere, omnium fere vna est sententia, siue ad id ex forma exp̄ssa mādati siue aliunde teneat. 112. o
 Executor faciens iudicialiter actum quem extraiudicialiter agere potuit aliquāto fortiorem reddit. 127. i
 Executor qui nō habet qualitates c. Statū de rescr. li. 6. nō posse iurisdicōe vti, etiā qñ illa in actu non est necessaria. 116. a
 Executores gratiarū de stilo Curie cur soli qualificati constituuntur, cum subexecutores & sententiarum & gratiarum etiā alij substituuntur, ratio germana. 117. d
 Executorem qui non est qualificatus non posse nominatim præsertim excommunicare: Quam rem omnibus altius Collectarius perscrutatus est. 117. f
 Executor nullus apud Francos excommunicat. Nam ad eos solum pertinet insigniare ac notificare. 118. g
 Executores gratiarum licet regulariter nō teneantur ad assumēdum iudicis partes, quandoque tamen contra. 120. f
 Executor possessionē bñficii ab alio possessi nō potest sine causæ cognitiōe tradere, imo neq; possessionis statum mutare, etiā post latā sententiā: etiā si sine violētia eā tradere posset, & possessor abesset. 120. x
 Executor nimirum festinans grauat, etiam si sit merus. 124. c
 Executor mer⁹ terminū p̄figere nō potest, ad effectū saltem excōmunicandi noua excōicationē eū qui nōn paruērit. 122. b
 Executor gratiarum Apostolicarum, quāuis in contradictores appellatione remota procedat, non tamen eius subexecutor. 127. k

Executor

I N D E X R E R V M.

Executor nullā iurisdictionē habet in eum qui iure cōtradicit per illā clausulā, contradictores. &c. Et ideo processus contra illum factus est nullus. 132. i
 Executor is veluti apes in fixo aculeo fugiebat. 137. c
 Executor mer⁹ multa debet audire & quid d̄ auditis facere debeat, paulo postea. 137. f
 Executorem qui modum excedit, recusari posse. 140. p
 Executor merus qui recusari potest, & qui non. 141. f
 Executor is non solum recusari, sed castigari potuit. Cui contrito & famā restituenti venia desideratur. 141. t
 Executoris huius in diuos irreuerentia, & in homines inciuilitas. 145. y
 Executore à merō nō appellari regulariter, sed fallit quādo modus exceditur. 150. m
 Executor is Deo, Sed. Aposto. Regi, Ioanni Gomez, & M. iniurius cum omnibus qui ei fauerunt. 152. u
 Executor per meram executionem contra protectionem regiam procedens, ante habitam de causa cognitionem grauat: licet ob hoc solum quas ferret censuras non essent nullæ. 154. a
 Executorū longe à Curia Romana exequentium à fulminibus nemo securus erit, si regia auctoritas vī eorū nō arceat. 159. r
 Executoris huius sententia non fuit pastoris ecclesiæ, sed potius gregum & armentorum. 174. x
 Executoris hui⁹ literas valuis affixas à quo quis impunē refigi potuisse ac lacerari. 188. h
 Executorium mandatum in vim citationis resolui tunc, quando in eo permittitur parti allegatio & defensio. 126. m
 Executorio à mandato iustificato per clausulam, si te senseris &c. potest incipere iudex. 137. b
 Executionē per abruptā sine causæ cognitione contra possessore factam perditus eius, in cuius fauore illa facta fuit. 122. z
 Expectas cui supuenit irregularitas meminerit renouare expectatiuā, quando abolitionem irregularitatis petierit. 135. f
 Expectatiua omnis est gratia conditionalis. 3. f

Expectatiua per matrimoniū contractum perit. neq; per dissolutionē ei⁹ reuiuiscit non tamen idem est de sponsalibus. 34. h
 Expectatiua expirat per irregularitatem supuenientem, nec illa sublata reuiuiscit. 34. d
 Expectatiuarū reuocatoriā regulam omnem ius ad rem per eas quæsitum tollere, etiā si ad acceptationem & collationē nondum acceptatam fuerit peruentū. 63. t
 Expectatiua generalis ante Clem. de filiis presbyterorum impetrata ad nulla beneficia paterna prodest. 77. u
 Expectatiuarum ius ad rem cōfert aliam minus alia minus: sed accessus magis, quam alia vt plurimum. 78. x
 Expectatiua omnis conditionalis semel, multæ vero bis. 78. y
 F.
 Felin⁹ laudat, & lector illi⁹ submonet. 43. b
 Felinus laudatus laude maiore dignus fuisse, si pauciora coaceruans illa magis expēdisset: tamen si longè præmineat inter alios accumulatores. 101. c
 Felinum in intelligendō Ludo. Ro. contra suum morem parum diligentem. 108. f
 Ferdinandus à Vasconcelos cum primis verax, simplex, rectus merito archipræsūlatu illustratus. 182. g
 Feriato die in honorē Dei factus processus nullus est etiam partibus consentientibus, etiam in causis beneficiarjjs & spiritualibus regulariter. 145. a
 Furiosus & maior qui curatore iuuatur exequatur. 160. a
 G.
 Gabrielis docti & diligentissimi pulchrum dictum. 179. f
 Gasias ab Almeyda multis nominibus suscipiendus. 183. h
 Gaspar Velascus laudatur. 189. l
 Georgius ab Almeyda episcopus Cōnimbribensis laudatur. 153. z
 Gratiam expectatiuam libere à successore aut concedentis reuocari. 196. h
 Guillelmus Castador episcopus Algarēnsis per eruditione illustris. 113. y
 Habere & habere debere paria, habere itē & habere posse. 144. z
 Henricus infans summus & sanctissimus

* 5 causa



INDEX RERVM.

causarū fidei cognitior esse dignat^o. 172. q
 Honoris quæ cura vana, q̄ cura solida. 156. i
 Huiusmodi hæc dictio dispositionē ad om-
 nia præcedentia refert. 196. g
I.
 Illiteratus est qui non callet alias quā vul-
 gares literas. 41. x
 Illiterato beneficiū conferri nō posse, imo
 minus habilem quā homicidā, quod
 nouē sed verē declaratur. 40. u
 Illiteratos laicos, literatos verō clericos vul-
 gus Gallicum & Theutonicū appellat:
 Hispanū nō appellat literatū eū qui lati-
 nē saltem aut græcē non nouit. 42. a
 Infans stipulari nequit, potius quia iudicio
 caret, quam loquela. 20. e
 Infanti concedi expectatiuam non est cō-
 tra ius naturale: est tamen contra ius cō-
 mune, maximē si nondū est cleric^o. 22. k
 Neque ordinari potest. 170. d
 Infanti cui sublatus est per indulgentiam
 defectus ætatis & clericatus, quo ad ex-
 pectatiuam non continuo censetur de-
 fectus iudicij sublatus. 23. n
 Infans præsumitur imprudens & doli mini-
 mē capax. 20. d
 Infans legitimari pōt, licet nō consentiat
 legitimationi, secundum multos. 26. g
 Inscius literarum & imperitus, idem. 24. u
 Iniuriarū, & alijs modis multis teneri: excō-
 municatōe iniuste: præsertim dolose. 170. d
 Intellectus communis ca. Non autem. 7. q.
 1. parum probandus. 170. d
 Intellectus Cle. Gratia de refer. tangitur.
 17. & Cle. 1. de præb. 23. u
 Intellect^o. §. Pro defectu. c. Nisi d̄renū. 52. f
 Intellectus. c. fi. de ætate & qua. 53. g
 Intellectus. §. fi. c. Cū incūctis. de elect. 55. t
 Intellectus cōmunis. c. 2. de concess. præb.
 lib. 6. 74. f
 Intellectus Cle. vt ij qui de ætate & qua. &
 glof. illius. §. 84. y
 Intellectus reg. Sine culpa. lib. 6. 103. h
 Intellectus clausulæ. Cæterū. q̄ executorijs
 literis, tā sententiariū, quā processum super
 graria fulminatorum inseritur. 103. q
 Intellectus cuiusdam statuti allegati à Ca-
 nonicis Conimbricensibus. 144. p
 Intellect^o. c. 2. de cōces. præ. expeditur. 52. n
 Intellectus gl. summæ. 15. q. 4. 146. b

Intellectus Pastoralis. §. Quia. vero. de off.
 deleg. 167. m
 Intellectus huius c. Cū contingat. singu-
 lariter ampliat. 169. t
 Intellectus c. Solet. §. fi. de sentent. excom-
 muni. lib. 6. 173. p.
 Intellectus. c. 1. 11. q. 3. 174. u
 Intellectus cuiusdam dicti Angeli. 187. c
 Intellectus cuiusdam dicti Cald. in mate-
 ria interdictorum cotidiani. 176. z
 Intellectus varius & quis germanus illius
 Gregorij. Bonarum mētium. &c. 175. l
 Interdictū pro cessatione omnimoda per
 errorem obseruatam. 187. b
 Interdictum quo ecclesie alicuius ciuitatis
 vel prouinciae interdicuntur speciale
 in dubio iudicandum, non autem si ex
 pressè feratur generale. 187. d
 Interdictum quod matrix ecclesia seruan-
 dum esse ab omnibus religiosis. etiā si
 nullū sit, nō tamen à secularibus. 188. g
 Interdicti huius tollendi remedium pœni-
 tudio. 170. e
 Interdictū speciale tollitur ad cautelā. 171. t
 Interdictum generale nō relaxatur ad cau-
 telam sed simpliciter sic data cautione
 de parendo iuri, etiam antequā de cau-
 sa nullitatis constet. 171. o
 Ioannes. Emanuel. Zamorensis episcopus
 laudatur. 59. a
 Ioannes. Monachus laudatur. 75. c
 Ioannes. Gomez à Sylua. laudatur. 106. a. &
 imparē suis meritis dignitatē habet. 129.
 cius. egregia ciuilitas. quæ M. grata fuit.
 145. z. Regiæ celsitudini deuotus. 154. &
 is vir Dei timens has censuras timere nō
 debet. 169. z
 Ioānes Lup^o à Palatijs Rubeis laudat^o. 136. a
 Ioannes Menesius generoso animo. verba
 digna loquitur. 172. o
 Irregularis ob criminis notorij infamiā ce-
 lebrans non incurrit nouam irregulari-
 tatem, contra communem. 54. q
 Irregularitatē nō cōtrahi sine contēptu ve-
 rovel interpretatiuo, neq; sine dolo. 171. g
 Irregularitas non omnis inducit renuncia-
 tionem beneficij. 34. e
 Iudex qui extraiudicialiter procedit quā-
 do iudicialiter procedere debet, factō
 videtur partem molestare, & contra
 eum

INDEX RERVM.

eum de spolio agi potest. 134. o
 Iudici nō procedēti rite resisti potest perin-
 de, ac parti. 134. p
 Iudex incōpetens spoliare videtur, etiam
 si iuris ordine seruato possessionē tollat.
 134. q
 Iudicis ob processum indebitū ad instātiā
 partis factum pars ipsa tenetur. 135. r
 Iudicis incompetentis auctoritas partem
 non excusat. 135. f
 Iudice ad instātiā partis indebitē molestan-
 te pars ipsa molestare videtur. 135. t
 Iudicis incipientis ab executione sine clau-
 sula iustificatiua p̄cessus nullus est. 135. u
 Iudex qui plus ab vna parte quā ab altera p
 impensis accipit recusari potest. 141. r
 Iudex laicus de spiritali cognoscit incidē-
 ter, quando summarie siue sine discussio-
 ne id ei liquere potest. 157. k
 Iudex laicus cognoscit de articulo spūali
 incidenter, qñ res notoria est. 157. m. &
 tunc non debet directo super eo pronū-
 ciare, sed per modum cause. 158. n
 Iudex quis quem sermo Hispanus appel-
 lat, de manga. 153. u
 Iudex laicus qui de possessorio beneficij iu-
 dicaturus est cognoscere debet de colo-
 re tituli. Imo bis ad diuersos effectus cog-
 noscit semper Fracus, quādo scilicet dat
 recedentiam, & quando adiudicat pos-
 sessionem. 158. o
 Iudici exequenti iniuste priuatum resiste-
 re posse, præsertim cum iudicis compe-
 tentis copia deest. 162. z
 Iudex ecclesiasticus aliter iuuat secularē,
 quam secularis ecclesiasticum. 167. l
 Iudex mandatum nullum neque accusat
 neque excusat. 169. b
 Ius ad rē facilius quā in rē pdi. 16. q. & 34. e
 Ius ad bñficiū pdi p̄ cuiuscūq; incōparabi-
 lis adeptionē, ius aut in bñficio nō sic. 17. f
 Ius semel extinctum non reuiuiscit extin-
 cta extinguenda causa. 17. t
 Iura nature habent, ne quis artē quam nō
 nouit exerceat. 19. a
 Iuris nature nulla dispensatio siue indulgē-
 tia humana. 30. l
 Ius ad rem perditur per amentiam, & alias
 inhabilitates sine culpa superuenientes,
 non tamen ius in rē. 33. y

Ius expectatiue ex offi^o, quo speciali^o. 34. e
 Ius ad rem per electionem quæsitum nobi-
 bilius esse iure ad rē per expectatiuam,
 vt plurimum quæsitō. 38. n
 Ius ad rem per accessum, & regressum quæ-
 situm præstantius esse iure ad rem per
 alias expectatiuas habito. 38. o
 Iuris ignorantiam nō nunquam à vitio in-
 trusionis excusare. 59. e
 Ius ad rē tollitur per incapacitatē. nō cōtra
 incapacitas per ius ad rem impeditur.
 Quod ita esse in hærede legatario, & ali-
 quando contrahentē probatur. 77. g
 Ius succedendi filio competens aliud à iure
 filiationis esse, imo & spem considerabi-
 lem esse secundum aliquos viuente pa-
 tre. 91. f
 Ius in re querendum non esse accessorium
 omnino iuri ad rem, quod ad illud habe-
 tur, quodque multis modis perdi potest
 antequam ad ius in re perueniat. 93. b
 Ius quærendi modum ciuilem facile à prin-
 cipe tolli. 103. k
 Ius priuilegij facile à principe tolli. 104. m
 Ius suum indiscussum nullus possessor re-
 linquere tenetur. 133. m
 Iure suo vtens nemini iniurius. 134. n
 Iurisdictionē qui non habent, non possunt
 pœnam statutis suis adijcere. 119. o
L.
 Legatus de latere de appellatione ad Papā
 interposita duplici respectu iure cōi cog-
 noscit: quamuis iure speciali amplior in
 hoc ei potestas concedi soleat. 193. a
 Legati potestas ordinaria partim, & par-
 tim extraordinaria. 193. b
 Lex futura tantum, & non præterita respi-
 cit, etiam si ratio legis æque præterita vt
 futura respiciat, si modo ratio non con-
 cludat necessario. Imo etiam si ratio ne-
 cessario concludat, dummodo lex ad so-
 la se futura contrahat. 69. h
 Lex etiam antiqui iuris declaratoria solum
 futura comprehendit quando se ad illa
 tantum contrahit. 70. k
 Lex non respicit futura, quando id facien-
 do inuolueret etiam præterita. 71. n
 Lex noua simpliciter loquēs nō extēditur
 ad præterita ratione formæ p̄fecta, etiā
 si quoad effectum fuit imperfecta. 85. a
 Lex

I N D E X R E R V M.

Lex noua nõ includit præterita, etiã quoad futuros effectus si de re vel actu ipso detur, licet sic, si de vsu, effectu aut executione loquatur, & ea longè diuersa esse. 85. b
 Lex de vsu exercitio & executione loquẽs includit vsum & executionem rei vel actus etiam præteriti. 86. d
 Lex noua de vsu vel executione actus vel facti alicuius loquens, includit vsum vel executionem rei præteritã. 91. t
 Legem nouã quẽ statuit de actu vel facto aliquo, non extendi ad præterita, etiam quoad futuros effectus, & legẽ nouã quẽ de aliquo statuit, cõprehendere futura, etiã si ea sint quidã vsus executio præteritorũ non sunt aduersa, sed diuersa. 92. x
 Lex noua modũ & ordinẽ causarum inducens secundũ oẽs includit causas sup præteritis futuras, imo & pendẽtes, secundũ communẽ qua parte sunt futura. 92. y
 Lex puniẽs extẽdentẽ reprene alias vel pignorationes, cõcludit extẽdẽtẽ præterita. 86. e
 Lex vt bannitus centũ soluat, quo à banno eximatur, nõ includit antea bannitũ, licet antea potuisset eximi soluẽdo. 50. 87. f
 Lex formã procedẽdi & ferendi sentẽtiam inducẽs includit litẽs præteritas qua parte non sunt finitã. 87. g
 Lex vt maritus lucretur medietatẽ dotis, comprehendit dotes præteritas vxorum post illam mortuarum. 87. h
 Lex noua non tangens vsum rei vel actus non extenditur ad vsam rei præteritã, quando alia ratio, quam quia præterita est id impedit. 89. k
 Lex ne qua scõmina vestes sericas vestiat, vel ne succedat dotata, præteritas includit, etiam eas quibus delata fuit hæreditas, sed non adita. 89. b
 Lex illa, tantum dator capienti vel præsentanti bannitum, includit eum qui ante legem captum post eam præsentat. 89. m
 Lex, ne querelã bannitorum audiantur, cõprehendit eum qui accusationem prosequens bannitur. 90. n
 Lex ne quis triticum exportet, eum qui exportare cõcepit comprehendit. 90. o
 Lex ne quis administret vt cõconomus, includit cõconomos antea constitutos. 90. p

Lex ne scõmina exstãte mãsculo succedat comprehendit iam natas. 91. q
 Lex noua de aliquo agens an cõprehendat præterita, quoad futuros effectus. 93. y
 Lex noua de vsu & executione agens, duobus solis casibus vsum & executionẽ rei præteritã non comprehendit: quorum tamen neutri est locus in casu & specie proposita. 93. z
 Lex noua non comprehendit executionẽ rei præteritã, quando illa omnino est accessoria, & quando fons & ratio ei non congruunt. 94. c
 Lex noua includit iura noua in re conferẽda, quorum præambula & ad rẽ iura præcesserunt. 94. d
 Lex noua comprehendit rem futuram quã perfectio est rei præteritẽ ab ea pendẽtis, & per eam perficiendẽ, & per consecutionem etiam rem præteritam perficiendam. 95. e
 Legem nouam non comprehendere futura quoquomodo illa comprehendendo inuolueret præterita simpliciter, falsum est, contra communẽ. Cuius in hoc sentẽtiẽ remissiuẽ referuntur & soluũtur. 97. o
 Lex correctoria quã principaliter salutem respicit animarũ & ecclesie vtilitatem fauore digna. 99. a. & extẽdenda, quatenus ratio illius expressã tenditur. 99. x
 Lex noua, ne scõmina in emphyteusim succedito, cõprehendit filias iam natas patris qui eam pro se ac filijs suis accepit, quando eam pro illis tanquam pro hæredibus accepit, quando item tanquam pro filijs sed reuocabiliter, non autem quando irreuocabiliter. Et ita conciliantur opiniones aduersã. 102. f
 Legis per dispositionem damnũ datum non resarcitur. 103. i
 Legitima filio in bonis patris eouiuẽte quã si debita. 91. r
 Legitimari quis non debet exstantibus legitimis: at si legitimetur, succedit cum eis. 100. o
 Legitimitas primogeniti non tollit ius secundũ genito quãsitum. 72. p
 Legitimationi rescitã non contradicens consentit. 20. f
 Legitimitas primogeniti præiudicat secũdo ge-

I N D E X R E R V M.

do genito legitimo tribus concurrentibus. 98. t
 Legitimitas exstantibus legitimis perosa, & ideo non faciendã, & legitimatus non plus, quam legitimus habet. 99. z
 Libello in eodem nullitatem & iniquitatẽ sententiã accumulari. 197. l
 Literatus aliud in alia materia significat, in materia tamen ordinãdorum & promouendorum scientem & intelligentẽ literas sacras in idiomate, quo vtitur ecclesia in officijs ecclesiasticis denotat. 43. c
 Loquitur qui sine iudicio non loquitur vt infans. 20. f
 Ludouicus Gomezius Sarnensis episcopus laudatur. 4. h
 Lusitania tota in propagãda multo sanguine fide catholica. 155. d
 Lusitanã peculiare vt in ea omnes clerici etiam episcopi, quibus non est in regno superior, coram iudice seculari respondeant. 161. y
 Lusitanus & Gallus in ampliore possessione sunt cognoscendi de violentia super spiritualibus contra clericos, quam Castellanus & Nauarrus. 159. q
 M.
 Mandatum de prouidendo triplex. 3. d
 Mandatum de prouidendo perditur propter irregularitatem superuenientẽ. 33. z
 Mente captus primò quem fama publica talem facit. 28. a. Secũdò qui apud cognatos pro tali habetur. 29. b. Tertio qui mente concepta nescit efferre. c. Quarto qui memoria notabiliter est confusa, vel mentis habitudine notabili valde. d. Quintò qui rationes & verba ineptẽ concinnat. e. Sextò quem abscondunt & veluti in carcere tenent, qui eius curam gerunt. f. Septimò cui ob mentis inopiam datur curator, vel bonis interdicitur. g.
 Mente captus genus, furiosus & demens quietus eius species. 31. o
 Mentis bonã in quãtum bonã non est credere vel dicere peccatum esse quod nõ est tale sed cognoscere se in genere peccatorem vel trepidare, ne peccet virtutis amore, sic. 175. b
 Monitorum pœnale non grauat si cum au-

dientia detur, donec exceptiones oppositã reijciãtur, & ideo misere peccare qui à monitorijs pœnalibus Salmanticensis Academiae Conseruatoris ilico appellãt. 128. r

N.

Nihil & inutile æquari, quando saltem eadem ratio id suadet. 147. h
 Notoriũ esse quod ex actis colligitur, siue illud sit nullitas, siue aliud. 157. l
 Notorium & manifestum differre apud iuris Pontificij peritos. 161. y
 Notoriẽ idoneus non est examinandus. 115. x
 Nullum quod à principio, vel postea penitus extinguitur, nonnunquam viuificatur aut suscitatur legis auctoritate in aliquem euẽtum. 147. f. Nullatenus verbũ ipso iure disponere sicut & penitus. 147. e

O.

Ordinarius in casu huius c. Cũ contingat, terminum præfigit ad sibi parendũ, non autem ad puniendum non parentem. 123. c
 Ordinarius resistit delegato cõtra dispõem c. Statutũ, procedẽti. Imo & quomodolibet per actũ nullum grauantem: datã ei de facti notorietate informatione. 191. t
 Ordinarius multa potest circa appellationem ad S. A. interpositam. 191. u
 Ordinarius non tenetur censuras seruare nullas.
 Ordinarius præcipit delegatis cõtraria sibi præcipientibus, nõ solum vt rescripta Papã, sed etiam processus factos sibi exhibeant, quando illi sunt ad sui informationem necessarij. 151. a

P.

Papa solus sub conditione ad tempus & in diem confert. Quod Franci parũ admittunt. 3. e
 Pape narranti creditur ab alijs quã Frãcis, cũ gratiã super narratis fundat, & ea facta fuerũt, vel à se, vel coram se, non alias, etiam si motu scriberet proprio. 24. t
 Papa sine vlla causa transgrediendo suas leges peccat, nõ tantum, quia illas transgreditur, quam quia non seruat illud: patere legem, quam tuleris. 26. c
 Papa

INDEX RERVM.

Papa raro aut nunquā sup sciētia, prudētia, & morum honestate necessaria indulget alicui, neque dispensat directē: quamuis nonnunquam inderectē id faciat dispensando super etate. 60. h. Pars suo vniuerso congruat. 155. d.

Peccat quicumque accipit officiū cui exercendo scientia sua non sufficit. 48. r.

Peccatum mortale omnem iniustitiā actū 190. n.

Peccato mortali non omnem morū honestatem repugnare, sed illā & illam. 15. b.

Peccata multa in conferendis & retinēdis beneficijs fieri & quare. 57. z.

Pœnitudo remediū suapte natura efficax ad tollēdas lites, hoīū vitio inefficax. 181. i.

Pœnā pecuniariā impositionē iurisdictionis esse. 119. n.

Penitus hoc verbū priuationē ipso iure inducere ac disponere, sicut & nullatenus. 147. d. Nisi aliud per alia iura appareat. g.

Pœnā pecuniariā imponere aliquādo meri, aliquādo mixti est imperij, aliquādo autem iurisdictionis est simplicis. 119. p.

Pollicitatio christianissīma competitori ab M. facta. 132. f.

Possessorem vocandū antequā à sua pellatur possessione etiam si non possideat coloratē paulo inferius. 120. u.

Possessor non tenetur relinquere possessionem ante suum ius discussum. 133. l.

Præiudicium primarium nō secundarium attendendum. Quod paulo inferius resoluitur. 81. r.

Præiudicium tertij præcogitatum à principe non impedit. 83. u.

Præiudiciū secundariū, qñ act⁹ immediatē in illud suapte natura tendit attenditur licet intenta intentione animi agētis in aliud principaliter destinetur. 83. x.

Præiudiciū secundariū præcogitatum tacitē vel expressē per viam legis, præsertim & in materia in qua nulla requiritur causa fieri videri à principe. 104. p.

Princeps si quam legem pro infecta habeat non præiudicat iuri antea quæsito alteri. 74. y.

Principem præiudicare nolle quando verum, & quando non. 104. o.

Priuilegium pretio concessum sine causa irrevocabile, quando saltem ius perfectē fuit quæsitum. 66. n.

Priuilegium concessum pretio pro sua persona suscepto à principe per successorē reuocari posse. 67. c.

Priuilegiū epō & alij sacrifico simplici datū aliud operat in epō quā sacrifico. 114. f.

Probādi narrata in rescripto onus impetrāti incumbere nisi iure præsumantur. 24. r.

Processusetiā cōtumacię punitiuus iudicis scientis vel debentis scire se non habere iurisdictionem vel merito, an habeat dubitātis nullus: quamuis non sit idem de processu iudicis sciētis suā iurisdictionē elidibilem vel recusabilem esse. 142. x.

Proemia cām finalē denotant, mētē disponētis indicāt, & volūtātē ostēdūt. 23. o.

Proemia bullarum Papæ non probāt quæ continent. 25. b.

Proemia bullarū & conditiones illarū, si est idoneus: & similes, quę verbis temporis præsentis concipiuntur, non conditionem, sed instructionem inducunt. 26. z.

Proemia bullarum ad ornatum tātum poni falsum. 29. b.

Proemiorum veritas Papam à peccato excusat. 26. d.

Prudentiam anticipatam in infante virtutis indicia esse. 131. o.

Prudentia omnino necessaria ad benē viuendum. 24. q.

R.

Ratio alia de præterito legem efficit declinatoriam, alia non item: sicut & alia concludit necessario, alia non. 73. i.

Ratio noua & singularis defendendi. §. 1. tit. 1. lib. 2. ordinationum. 161. u.

Ratio germana quę re reges hodie ferē oēs de violētijscōtra clericos ciuilitate iudicat. 161. x.

Recusari posse in vna causa qui grauauit in alia. 140. q.

Recusādi cā immediata vna tātū, nēpe sufficere: licet vario de fonte nascatur. 139. k.

Recusandi iusta est causa patria cōmunis, & habitatio longinqua. 139. m.

Recusandi iusta est cā alienigenę, qñ delegatus & altera pars sunt indigenę. 140. n.

Recusatio in scrip. & cau. exp̄ssa nō qualiq̄li, sed iusta ē faciēda iure Pontificio. 138. i.

Recusationē post ppositā fact⁹ process⁹ nullus

INDEX RERVM.

ius est secundū communem, si modo recusatio nō est friuola manifestē nec malitiose posita neque recusans amplius coram iudice compareat. 141. u.

Regressus ad ius pristinum omissum dari, cum id æquitas suadet. 99.

Regulę Cācellarię reuocatię gratiarum tenor, & quis eius primus auctor. 61. m.

Regula. Factum legitime. lib. 6. de actu perfecto & consummato intelligēda. 76. e.

Regulam sine probatione necessaria non esse limitandam. 85. b.

Religionis ingress⁹ mariti nō præiudicat vxori, quo minus replere possit de mariti adulterio antea perpetrato. 72. r.

Religionis ingressus non præiudicat iuri quæsito alteri regulariter. 10. d.

Renuntiare nō potest. ca. Statutū. de rescripto. lib. 6. quoad qualitates personarum delegandarum. 116. z.

Rescriptum ad lites subreptitium, regulariter ipso iure validū, ad beneficia vero nō nec executorum ipsius deputatio. 2. a.

Rescriptū ad lites sine speciali mādato non impetratur sed ad beneficia sic. 2. b.

Rescriptū executorū dici, etiā si nemo ali⁹ à Papa sit collator, vel compulsor. 2. c.

Rescriptum ad lites regulariter quidem ipso iure valere, at frequenter nullum omnino & inutile esse. 107. d.

Rescriptū ipso iure à principio esse nullū, & postea ipso iure perire vel reuocari paria esse, quoad faciēda post reuocationem, & gratia extincta ipso iure extinguere potestatem executorum. 109. h.

Rescriptum secundum præfertur priori, si prius præsentetur, & prius pariat citationē, & prius citatus excipiat contra illud, quā suum rescriptum iudici præsentet, etiam si secundum sit generale. 146. c.

Rescriptū etiā ipso iure reuocatum non nunquā reuiuiscere legis auctoritate. 146. d.

Rescriptū subreptitium esse ipso iure nullū qui tenet, tā facillē respondeat cōmuni contrarię: sicut qui tenet generale aliquādo speciali præferri cum cōmuni respondere potest cōtrarijs argumētis. 147. c.

Rex Ioannes tertius nemini pietate secundus iusta benignitate M. fauit. 152. x. & eius animi religio, pietas, clementia, & magnitudo heroica. 168. u.

Reges Hispanię obuiant iudicibus ecclesiasticis, ne post & contra appellationes ad Sed. Apost. interpositas vim ullam faciāt appellantijs. Imo cogunt eos reponere omnia in eum statum quem tempore appellationis res habebat. 154. b.

Regem Portugallię posse idem quod alij reges Hispaniæ in tollēdis opprēssionibus appellantium ad Sed. Apost. iure fundatur. 155. c.

Reges an de vi & possessione, beneficiorū, præsertim & aliorum spiritualium cōtra clericum cognoscere possint, rem cōtrouersam esse iure cōmuni: in Lusitania tamen pro comperto haberi, siue id iure cōmuni, siue speciali nitatur. 155. c.

Rex de abusu notorio ecclesiasticę potestatis, cui nemo obuiat cognoscit quō vim per eā illatā reprimat, in eoq; Papas olim cōsensisse, neque postea dissensisse. 159. f.

Reges supplere possunt iudicis ecclesiastici defectum etiā cōtra clericos, in materia vis & abusus prætis ecclesiasticę notorię, interposita p̄sertim appellatione. 160. t.

Reges nō ideo de vi & possessione cōtra clericos cognoscere, qñ possessoria sunt temporalia, quod aliquot eruditi, at crasse senserunt, sed noua & pulchra ratione. 163. b. Rex oratur vt quodam remedio aduersus executores vratur. 164. e.

S.

Scandalum nemini dandum. 120. z.

Scandalum pusillorum vitādum, Phariseorum autem contemnendum. 174. z.

Scandalū ob pusillorum nō esse prætermittenda præcepta: ob scandalū autē de malitia nascēs nō etiam opera consilij. 177. i.

Scire, & scire debere paria, scire itē & scire posse. 144. y.

Scientia siue prudētia rerum agendarū nō sufficit episcopo, neq; alijs dignitatibus ad regendum alios institutis. 37. m.

Scientia sufficiens beneficio attenda illius dignitate, loco & ordine censenda est. 40. o. & quæ talis iudicis arbitrio relinquitur p.

Scientia non eminens, sed sufficiens requiritur in promouendo: Quam tamē tempore electionis adesse oportet. 47. o.

Scien-


INDEX R E R U M.

- Scientiæ defectum nec venia nec excusa-
tione in clerico dignum, neque solum
scientiam, neque solum prudentiam cle-
rici regentibus sufficere. 48. r
- Scientiæ defectum non magis, quam mo-
rum collationi beneficiorum obesse, &
vtriusque defectum illam nullam redde-
re. 53. k
- Scientiæ discendæ nulla ætas sera neque vlli
verecundum ea quæ necessaria sunt dis-
cere. 52. a
- Sententia delegati non ideo nulla, quia in-
iusta. 125. k
- Sententia quæ in scriptis dicitur ferri.
129. x
- Sententiã nullam nõ esse sententiã. 169. b
- Sigillum plumbeum gratiæ more Romano
è chordulis fericis pendet, sigillum vero
iustitiæ canabæis. 107. c
- Similes vbique habent sua labra lactucas.
187. a
- Simonia est ea te conuentione renuntiare
beneficio tuo in alterius fauorem, vt al-
ter suo renuntiet in tuum. 11. a
- Simonia nulla neque mentalis neque con-
uentionalis, modo non sit realis, titulum
beneficialem ipso iure perimit, neq; ex-
communicationem inducit. 11. c
- Simonia omnis in ordinae præfertim & be-
neficio monstrum horrendum. 12. e
- Simonia conuentionalis etiam si traditio
rei spiritualis tantum eam consequatur,
non videtur prædicta mala ipso iure in-
ducere. 13. h
- Simoniaca est omnis renuntiatio beneficij
cum conditione, modo, vel pacto: quam-
uis nõ ea quæ fit eo animo, vt illi vel illi
detur. 11. b
- Simoniacorum Deum timentium consola-
tio non parua. 12. d
- Simoniacus realis circa beneficia & ordi-
nes excommunicatus est, & si celebrat
irregularis, nec quarit titulum benefi-
cij, sed neque possessionem, nec fructus,
nec spoliatus restituitur, nec regula de
triennali possessore gaudet. 12. f. men-
tis vero tantum, vel mentalis & conuen-
tionalis tantum prædicta mala non pari-
tur: imo & d. regula gaudet. 12.
- Statutum in vno æquiparatorum locum
habet in altero, quãdo regulariter sunt
exæquata, non aliter. 65. x
- Succesio in præbendam non est annexa
omnino, neque accessoria canoniæ ne-
que succesio accessiui. 98. q
- T.
- Tertio non videtur princeps per vllam dis-
positionem, etiam per legem commu-
nem præiudicare. 74. x
- Terminus intimationis alicuius scripturæ
non currit, donec copia illius authenti-
ca tradatur si fuerit petita. 149. k
- Testamētum ante nouam legem perfectū
valet, etiam si secundum formam eius
non renouetur, etiam data opportunita-
te renouandi. 72. f
- Titulus canonicus & coloratus multum
differūt, & sæpè quis tenetur probare co-
loratum, & non canonicum. 10. z
- Tutius nõ tenemur eligere, sed satis est eli-
gere tutum. 176. e
- V.
- Verba eadem ad diuersa relata diuerso
modo secundum diuersam eorum con-
ditionem intelligenda esse. 114. r
- Verba, nullo modo, & nullo tempore, præg-
nantia sunt, & ideo modum etiam ex-
traordinarium includunt. 92. u
- Vim quam appellatio vel lis grauat maio-
rem esse alia, cæteris paribus. 162. a
- Virtus puerilis indigna est dignitate vi-
rili. 40. t
- Vno de qui dicit, de alio negare si est dissi-
mile. 195. f

F I N I S.

P R A E F A T I O I N P R A E-
L E C T I O N E M H A B I T A M
S V P E R Q V A E S T I O N E F A C T I

propria in c. Si quando
de rescriptis.



EINITO igitur ordinario commento huius
cap. celeberrimi Si quando præstemus iam
in calce illius, quod cum priuatim, cum publi-
cè polliciti sumus vobis, generosissimi doctis-
simique auditores, dicere nempe causam corã
omnibus de iure, quo Cãtoriam Conimbri-
censem vindicare à me contendit competi-
tor noster in Christo reuerendus, vt palàm fiat
omnibus, vter nostrum alteri cedere sine vlla lite christianè debeat.
Quod eo libentiùs aggredimur, quo id negocium huius tituli mate-
riæ animo & huius capituli magis congruit, & multa parum vulga-
ta in eo sumus palàm facturi. At quia pluris multo facimus quacun-
que occasione vestram & reipub. vtilitatem promouere, quàm hanc
Cãtoriam, qua saltem parte mea priuata prouehitur vtilitas, habere:
non minore cum diligentia quæ contra nos faciunt, quàm quæ pro
nobis in medium proponemus.

Et competitoris quidem intentio tota literis quibusdam Apосто-
licis nititur, quibus illi pridem ad hanc Cãtoriam Leo Papa X. quen-
dam concessit accessum. Mea vero defensio multis exceptionibus.
Quas eo diligentiùs & maturiùs expendere oportebit, quo & crudi-
tiõ vestra ad dignoscendum cautior est, quid solidum crepet, & picte-
rectoria lingua, & Regis nostri omnium, quos terra colit, æquisimi
ac sapientissimi librandæ est iudicio, quam hic affirmauerimus, sen-
tentia. Ob idque mihi maiori periculo fuerit perperam pro me, quã
pro competitore sentire. Quandoquidem per illud fama & fides qui-
bus tota hæc mea tenuitas nititur corrui: per hoc vero census mi-
nuitur ad sola opera pia per munificentiam Regiam opportunus.
Quare primùm summam illam lucem, quæ illuminat omnem
hominem venientem in hunc mundum, ex animo
compello, vt nostrum de suo vultu
prodeat iudiciũ.

A P R A E-

Quæ materia cap. Mandatum, et aliorum multorum huius titu. congruunt.



Ro dicendorum fundamento & illustratione, inquiramus primùm sub quo genere rescriptorum hæ literæ nostri competitoris constituendæ sunt. Et certum est primò inter rescripta ad beneficia constituendas esse, qua parte facultatem ad hanc Cãtoriam accedendi cum vacaret, continent. Quoniam non fuerunt datæ principaliter ad lites dirimendas, sed ad assequendum beneficiũ, ut palàm est.

Ex quo inferitur primò, eas ipso iure nullas esse si sunt subreptitiæ. Quoniam licet rescriptum ad lites subreptitium non sit regulariter ob id ipso iure nullum, secundum glo. c. Ad audientiam. 2. de rescript. quam communis ibi & vbiq; sequitur: tamen rescriptum ad obtinenda beneficia regulariter ipso iure nullum est si subreptitium fuerit, secundum eandem gl. ab omnibus receptam. Adeo ut datio quoque executorum & iudicum illi accessoria, licet sit quoddam rescriptum ad lites, sit ipso iure inutilis. c. Constitutus. infra eodem. Vbi Pan. & Dec. in ultimo notab. hoc annotarunt & in c. Cæterum. colu. 2. supra eod. & latius Feli. in d. c. Ad audientiam. 2. colu. 12. vers. Fallit secundo. & colu. 15. & 16. & alius nos scripsimus in c. Cum contingat. infra eod. in 1. nullitatis causa, posthanc prælectionem. Secundò inferitur non posse contra literas has opponi esse impetratas sine speciali mandato competitoris nostri, licet vere ita videantur impetratæ. Quoniam tempore impetrationis nondum erat competitor septennis. b Quia licet rescriptum ad lites sine mandato speciali impetratum regulariter ipso iure nullum sit. c. Nonnulli. §. Sunt & alij. infra eo. vbi dicemus, an stilus in hoc Curia à iure scripto differat: nõ autem rescriptum ad beneficia, secundum glo. quam Card. ibi putabit sing. in c. Ad aures inf. eo. Quæ tamen similem habet in d. c. Nonnulli. §. Sunt & alij. Quas Corsetus in verb. mandatum. & Feli. in illo. §. Sunt & alij. colu. 8. & Pan. cum Raucennate. & And. Sicul. in illo. c. Ad aures, ad sidera extulerunt.

Secundò dico literas has non mihi videri constituendas inter rescripta monitoria, neque præceptorialia, neque executoria. Si enim hoc de quo nos agimus rescriptum sub harum aliqua specie contineri posset, maxime contineretur sub executorio. Quod tamen dici nequit, quia in eo non dantur executores ad prouidendum neque com-

pellendum,

pellendum, a quorum deputatione rescriptum appellatur executorium secundum omnes. Nisi diceret c. ipsummet Rom. Pontificem, qui cõfert hunc accessum & vult has literas haberi pro titulo & collatione, earum executores esse. Quod in simili casu de ipsomet Leone commendate quædam beneficia sub certa conditione, dici posse ait Guillelmus Cassador episcopus Algarensis, non minus eruditio ne, quam dignitate illustris, in decisio. 3. de præbendis nu. 24. Quod tamen vereor ne alijs videatur nimium subtile.

c Rescriptũ executoriũ dici etiã si nemo alijs a Papa sit collator vel compulso.

Quibus non obstabit dicere a rescriptum ad beneficia per quod ius tantum ad rem quæritur, in illa tantum prædicta tria mēbra diuidi, iuxta doctrinam egregiam Pan. in c. Mandatum, & c. Capitulu. infra eod. vbi & in c. Constitutus. late tradit Cõpostellanus. Pro qua diuisione textus est mihi iuris optimus in cap. Ex insinuatione infra eodem: tamen si probè illa comprobet. c. Dilectus. 3. de præbend. Nõ inquam hoc obstabit: quoniam responderi potest illam diuisionem trimembrem non comprehendere omnia rescripta, quæ ad beneficia dantur, sed solum ea quæ sunt mandata de prouidendo. Quorum de numero non sunt regressus, neque accessus, neque illæ, quæ cū futura successione conceduntur, coadiutoria. Hæc enim non sunt mandata de prouidendo, sed prouisiones quædam cõditionales, quas omnis & solus Papa facit, iuxta gl. 3. c. Si gratiosa. hoc tit. lib. 6. Quæ multis probata & putata sing. Feli. in c. fin. col. 3. de iudic. habet e eũ solũ posse cõferre beneficia sub cõditione, ad tẽpus, & in diẽ, quãuis id in suo regno Franci parum admittunt, testante id gl. concordat. titu. de reseruatio.

d Mādatur de prouidẽdo triplex.

e Papa solus sub conditione ad tẽpus & in diẽ cõfert.

Quod Frãci parũ admittunt.

Tertiò dico has literas constituendas esse sub rescripto cõditionali. Non enim dici possunt mandatum de prouidendo, ut dictum est. Ergo prouisionem continent. Et non puram. Quoniam beneficium viuentis nemini Papa pure confert. c. 1. de conce. præbend. & regul. Cancel. 20. quam pulchre declarat Decius cõfi. 368. In causa. Ergo cõditionalem prouisionem cõtinẽt, quod est propositum. f Facit, quod omnis gratia expectatiua beneficij dicitur conditionalis, secundum dominos Rotæ decisio. 857. Urbanũ col. 2. in antiquis per l. 3. ff. qui & a quibus, & de opt. leg. l. Cum ita. & de lega. 2. l. Vnũ ex familia. in principio. Per quæ iura idẽ tenet etiã Oldradus cõfi. 58. nu. 5. & domi. Cassador in prædict. decis. 3. n. 6. Quãuis ad d. l. 3. & ei similia responderi posset quod Bart. respondet in l. Meuius. §. Duobus. ff. de leg. 2. in quarta opposit. tertiæ partis. n. 10. Quod etiam ex contextu literarum ipsarum patet. Sic enim habent: Si Ludouicus illa & illa nõ fecerit, ac etiam eo decedente, vel cedente, vel quouis modo vacante. Pondera ablatiuos illos absolutos, quos constat inducere conditione

f Expectatiua omnis est gratia cõditionalis.

l. A testatore. ff. de condit. & demonst. & ibi Bar. & in l. Ab emptione vbi etiam Bartol. ff. de pact. cum similibus.

^g Ex quo infertur ^g diem datæ huius prouisionis ad diem conditionis adimpletæ trahi: non cōtra, diem conditionis adimpletæ ad diem datæ. Quoniam id omnibus expectatiuis est commune. Quod annotauit glossa memorabilis. c. Si soli. in glos. magna circa medium de cōcess. præbend. lib. 6. & in c. Si pro te. hoc tit. lib. 6. & in Cle. 1. verb. executorem. de concess. præben. arg. c. Præterea. 2. de appel. & c. Licet. de voto. & c. Super eo. de condit. apposit. & Instit. de verb. oblig. §. Ex conditionali, & l. Potior. ff. qui potest in pignor. habend. & late probat do. Cassador in illa decisio. 3. n. 6. Siue quia substantiam suam plus capit ex conditionis existentia, quam ex alio, iuxta doctrinam Card. in Cle. Pastoralis in princip. q. 1. de re iud. & Imol. ibi col. 4. vers. quærit Guil lermus. Siue quia extremum ad quod retrahenda erat conditio nō erat habile, attento tempore datæ. Quoniā tunc beneficiū sub conditione collatum alterius viuentis erat, argumento eorum quæ in simili affirmat Decius in illo. c. Præterea.

^h Quartò dico ^h has literas nouo nomine Curia Romanæ appellari literas accessus & gratiam in eis contentam simpliciter accessum. Inter enim nouem modos, quibus ius ad beneficia, non tamen in eis, siue ius ad rem, & non ius in re quæritur: quos non minore cum utilitate, quam diligentia scripsit Ludouicus Gomefius Sarnensis Episcopus, & prætorij Rotæ auditor, vir utique doctissimus, vt eius opera testantur, in regul. de non tollendo iure quæsito: vnus est ille quem vocant accessum, quando scilicet Papa concedit alicui literas tales per quas ex tempore datæ facit collationem alicui certi beneficij conditionalen, si talis aut talis casus contigerit, permittendo, vt earum auctoritate liceat ei sine alia collatione noua capere possessionem illius conditione adimpleta. Quod nomen accessus in hac significatione tamen non memini legere in aliquo cap. totius corporis Iuris: inuenio tamen in quadam regula Cancell. sanctissimi. D. nostri diuina prouidentia Pauli huius nominis Papæ III. publicata. 30. die Octobris anni 1534. in alia item eiusdem publicata in Cancellaria. 22. Augusti 1536. Quamuis item ordinarie scribentium meminerim neminem ea voce in hac significatione usum fuisse: sic tamen utitur ea Gomefius cum in alijs locis, tum in illa. q. 1. n. 40. & in q. 4. Regulæ de non iudi. iuxta. Cassador. item decisio. 1. de pactis col. fi. Pro qua significatione, omnium quæ meminerim proxime facit cap. Non autem. 7. q. 1. in illis verbis: Vt non succederet in cathedra episcopo, sed accederet: super quo mox aliquid dicam.

ⁱ Accessus ante conditionem implementam solum ius ad rem tribuit non in re.

Quintò dicendum arbitror i has literas annumerandas esse rescriptis

ptis

ptis ad beneficia, per quas ius ad rem quæritur & non in re. Pro quo facit primo, quod ^k duo simul in vno beneficio ius in re habere nequeūt. c. Maioribus c. Tuæ de præbend. In cuius glossa nos superiore anno rationē reddebamus memorabilem. Cū ergo præcessor meus ius in re haberet in hac Cantoria & canonicatu, consequens est competitori non fuisse ius in re, illo viuente, sed tantū ad rem. Secundo facit quod cui debetur aliquid sub cōditione, non dicitur ei debitū ante conditionem purificatā, sed solum spes debitum iri. §. Ex cōditionali. Instit. de verbor. obligat. l. Cedere diē, ff. de verb. signi. c. Si pro te de rescr. li. 6. & Cle. 1. in princip. de concess. præb. At supra est cōclusū, hunc accessum siue literas eā continentis gratiam, prouisionem cōtinere conditionalē. Ergo propositū. Tertio facit, quod ^l si cōpetitor meus huic accessui ante Ludouici mortem renunciaffet, vel ante illius mortem (quod tamen Deus auertit) obijffet, nil iuris ex persona ipsius quo ad hanc Cantoriam & canonicatum vacasset, vt palam est. Ergo nil iuris in eis per hunc accessum ante Ludouici mortem fuit illi quæsitū. ^m Facit quod etiam per regressum & per coadiutorias cum futura successione etiam de consensu concessas solum ius ad re quæritur & non in re, secundum prædictum Gomefium & Guillelmum in locis prædictis, & clare sentit Cardin. in consil. 70. Dico quod neque est vllus qui contrarium affirmat. Nam neque sustentari posset nisi concederemus fieri hodie cum quolibet triuiali homine, quod cum solo Augustino memoratur esse factum in illo cap. singulari Nō autem. 7. q. 1. quod videtur habere, Augustinum per indulgentiam Apostolicam fuisse factum Episcopum eiusdem episcopatus cuius erat Valerius, viuente illo & consentiente secundum communem intellectū. Pan. in c. Quoniam de off. ordi. putatis illud in hoc singul. & secundum Card. in illo consil. 70. ⁿ Qui tamen intelligendi modus non satis, mihi arrisit ab eo tempore, quo legi apud Possidonium in vita diui Augustini col. 5. id sine Papæ dispensatione factum fuisse, & posteaquam legi verbo & scripto docuisse illum magnum Augustinum, id fieri non debuisse.

Ex hoc dicto infertur quam sine mente sonum dent, qui clamant competitori meo a me tolli beneficium, quod diu fuit ipsius: cum tamen neque eius fuerit, neque meum ante Ludouici mortem. Per quam id adeo non esse eius factum contendo, vt arbitrer nullum esse Iurisperitum adeo perfricta fronte, vt coram eruditis affirmare audeat, hanc Cantoriam ipsius fuisse futuram, etiam si ego non obstitiffem, si modo literas alias Apostolicas non habet, quam eas de quibus disputamus, vt mox apparebit. Hactenus de præludijs, nunc exceptiones discutiamus.

^k Beneficium eodem ius in re duobus simul competere non posse.

^l Accessus re nūtiatio an tequam per eum accedatur facta nil iuris vacare facit.

^m Accessus regressus & coadiutorias cum futura successione ius tantum ad rem tribuere.

ⁿ Intellectus cōmunis. c. Non autem vij. q. 1. parum probatus.

PRIMA EXCEPTIO.



Prima exceptio quæ materiæ c. Nonnulli. infra eodem conuenit, cui me aliqui niti arbitratur est, quod indultum Christianissimæ perinde ac Serenissimæ Regi- næ & dominæ nostræ, cui ego innitor, derogare vide- tur omnibus rescriptis sibi cōtrarijs propter multas & fortissimas clausulas quibus illud est munitū, argu. c. fin. de sent. exc. lib. 6. & Cle. Dudum. versus finē de sepult. & eorum quæ tradit Bart. in l. Si quis, in princip. ff. de legat. 3. & Antonius in c. 1. supra eo. & Pan. in c. Cum instantia. de censibus: Neque obstat huic exceptioni quod aliquos audio respondere. s. nostri competitoris accessui non posse derogari, nisi totus illius tenor de verbo ad verbum expresse rescripto derogatorio infereretur. Quia id in eis expresse cauetur. Quod tamen indulto Regi- næ non inferitur. Non, inquam, hoc ob- stat. Quoniam inter alias clausulas quibus indultum prædictū munitur, est etiam illa: Non obstantibus contrarijs quibuscunque, etiā si essent talia de quibus facienda esset mentio de verbo ad verbum. Quorum tenores habere volumus pro expressis. Per quam clausulā tollitur necessitas illa tenorem contrariorum inferendi, per textum quem in hoc singularē putarunt, ibi Bald. & Angel. ponderādo ver- bū speciatim ac nominatim in l. Omnes. C. de præscri. 30. vel 40. an- no. Quem etiam eisdem verbis cōmendat Iason in consil. 121. 3. volu. col. 3. & in consil. 121. 4. vol. col. 1. Aptius in hoc text. in c. 1. de transa- ctio. & in c. Quia sæpe. de electio. lib. 6. & in Cle. 1. & 2. de sepul. Et mea sententia omnium aptissimus textus in extrauag. Rem non nouā de dol. & contuma. Quam opinionem tenet Fedric consil. 47. Habita super casu. Quē sequitur Io. ab Anan. consil. 56. His qui in facto pro- ponuntur. dicens hanc esse communem opinionem. Sequuntur etiā hi quos retulit Feli. in c. Accedentes. col. 3. de præscript. & in c. Non- nulli. col. 9. infra eod. & latius Iason in consil. 121. præcitato. Eandem etiam sequitur Probus in c. Collatio. col. 3. de offi. lega. lib. 6. Quæ pro- cedit etiam p. quando dispositio prior cui derogandum est, prohibe- ret nē illi derogari posset: etiam per clausulam hanc per quam non expressa pro expressis habentur. Quod Collectarius solus expressit in c. Cum dilecta. n. 3. de rescript. quamuis etiam Baldus Collectariū referens & probans, ibidem satis hoc senserit: non tamen ita ut ille aperit. Vterque tamen concludit, volente Papa ut tenor obstantium habeatur pro scripto de verbo ad verbū, nulla obstātia rescripto no- cere. Quia contra libertatem plenitudinis potestatis Papæ nihil sta- tui potest, nec in eo habet locū dispositio. l. Sed & si quis, §. Quæ sitū. ff.

Clausula: Non obstantibus & c. etiam si essent talia. & c. quorum tenores. & c. tollit necessitatem inferendi tenorem contrariorum.

Clausula prædicta quod dictū est, operatur etiam si caueatur in contrarijs ne id opere- tur.

ff. Si quis cau. Et secundum hoc iudicatū vidisse ait Albe. a Rosa. in l. 1. C. quando impera. inter pupil. & viduam. Vbi licet in hoc Cy- num reprobet, non tamen ait eum mentiri, saltem in meo libro, licet Feli. id imponat ei. Et quamuis multi, & in his. Cald. contrariam par- tem teneat, consil. 11. de priuileg. & Cardi. consil. 53. Dominus Gre- gorius & multi alij quos refert Iason, in illo consil. 121. vol. 4. & Feli. in c. Accedentes de præscript. col. 3. & quamuis vterque illorum hanc partem teneat in locis supracitatis, & Curtius Iunior dubitet in con- sil. 110. n. 32. part. 2. Felinus tamen vir cautus ait, eam non procedere quando derogatio fieret per viam legis, & quando stilus Curie cō- trarium haberet. Quod verbum non satis perpendit Iason in illo cō- sil. 121. licet Felinum allegando multa ex eo mutuatus fuerit. Sed ne- que Ioann. a Selua, licet latissimè hanc conclusionem cum omnium dictis tractarit in lib. de benefic. parte 3. q. 14. At contrarium habere stilum Curie testantur Collectarius & Probus in locis supracitatis. Et Gomefius in proæmio regularum Cancellaria. quæst. 6. dixit in præ- torio Rotæ. semper teneri consilium secundum Antonij a Butrio qui iuxta conclusionem hanc consuluit.

Alia tamē ratione exceptio hæc tollitur. Quia Regi- næ indultū ex- cepit regressus accessus & de consensu coadiutorias. Et literę com- petitoris, vt in præludijs est dictum, accessum quendam concedere videntur: qui si est validus, per hoc indultū nō tollitur, quia expres- se in eo excipitur. Vnde si qui hanc exceptionem opposuerunt, non minus bene calluissent ius quod per huiusmodi literas prætendi po- test, accessum nouo nomine Curie Romanæ vocari, nō credidissent nos huic quæ friuola est, niti exceptione.

Clausula prædicta hoc opera- tur etiā se- cundū con- trariā opi- nionem quæ do in lege poneretur, vel stilus cu- ria id habe- ret quod cō- stat habere

Secunda exceptio.



Secunda exceptio quæ tãgit materiam c. 2. supra. eo est quod accessus is concessus fuit cōpetitori in pœnā nō solutæ pensionis, & non simpliciter. Quia sic habet lic- tera: Si vero per sex menses dictos triginta dies imme- diate sequentes sententiam ipsam animo, quod absit, sustinuerit indurato, ex tunc mēsisbus effluxis eisdem canonicatu & præbenda ac Cãtoria ecclesiæ Colimbrien. huiusmodi perpetuo Lu- douicus priuatus existat, illaque vacare censeantur eo ipso, liceatque tibi tunc, ac etiam dicto Ludouico cedente vel decedente seu Can- toria ac canonicatu & præbenda ecclesiæ Colimbrien. huiusmodi quouis modo vacantibus, etiam apud sedem eandem, & reliqua. Pro hac exceptione facit, quod omnia rescripta ad beneficia restringen- da sunt & non amplianda. cap. Quamuis. de præb. li. 6. cum similibus

q & quod q clausula quæ alioqui deberet ad multa referri, quâdo tamē inferitur alicui capitulo tanquam illius accessorium, nō debet ad alia referri. ca. Cū dilecti. de dona. secundū vnū intellectū & Pan. declarat in c. Secundo requiris. de app. tradit Bart. in l. fin. ff. de reb. dub. quem sequitur Alex. in l. Si idem cū eodē. §. si. ff. de iuris. omni. iudi. & est recepta conclusio. Sed hæc quoque exceptio nō obest illi. Quia primo illa r cōiunctio, ac, copulatiua diuersitatē denotat eorū casuū quos coniungit iuxta glo. in rubrica. ff. de iuris & facti ignor. Nisi quando ratio aliqua earum, de quibus in c. 2. supra eod. diximus, aliud suadet: qualis tamen hic nulla cōcurrit. Secūdo quod dictio, etiā, implicatiua est & ampliatiua. l. Etiam. ff. de minor. Clemen. Religiosus. & ibi Card. n. 1. de procurato. & Cle. 1. de testa. vbi Card. n. 1. & Clem. 1. §. In quibus. de supple. neglig. præla. vbi etiā Card. tradit & Marianus præter alios de visita. fol. 2. col. 3. Quæ dictio, etiā, in his literis ponitur post illam, ac, vt vides, & ita denotat aliū esse ac magis dubium eū qui sequitur casus: & per consecutionē non esse illum qui supra est relatus. s. vacationis ob pensionem non solutam. Tertio facit illa vniuersalis, t quouis modo vacāte, per quā omnis modus vacationis intelligitur, secundū glo. memorabilem in c. Susceptum de rescript. lib. 6. in verb. expresse, modo vacatio ex persona contigerit expressa, secundū Lap. Domi. & Perusi. ibidē & Rot. decis. 28. in nouis. & 483. in antiq. A deo vt defectus verisimilis notitiæ mortis renunciantis non obest impetrationi per renunciationem factæ, quando additur illa vniuersalis: vel alio quouis modo vacet, secundū glossam prag. sanctio Gallic. tit. de colla. in verbo faciendas in fine & Seluam de benefic. 3. parte. quæst. 96. Quamuis contra frequēter pronunciatum esse testetur Gomesius in q. 3. super illa regula, de quo in præsentia tanquam re mihi extraria non pronuncio. Per hæc apparet modus facile dissoluendi ea quibus hæc exceptio nititur.

Tertia exceptio.

Tertia exceptio quæ tangit materiam c. Postulati. infra eo. est, quod competitor noster affirmavit Leoni Papæ se habere apostolicam prouisionem huius Cantoriæ quando has literas sibi concessit. Sic enim habent ipsæ literæ post principium: Tu cui alias, vt asseris, de canonicatu & præbenda ac Cantoria Ecclesiæ Conimbricen. tunc certo modo vacā. Apostolica auctoritate prouideri concessum fuerat, concessioni gratiæ huiusmodi literis Apostolicis desuper non confectis, per certum procuratorem tuum ad id à te specialiter constitutum in manibus nostris sponte & libere cesseris, & reliqua. Is autem competi-

q
clausula
qua inseri-
tur alicui
capitulo ac
cessorie non
refertur ad
alia.

r
Ac hæc vox
diuersa co-
pulat.

f
Etiam hæc
vox impli-
cat & am-
pliatur.

t
Clausula
quæius alio
modo vacā-
te omnem
modum va-
candi ex per-
sona expres-
sa contingē-
tem compre-
hendit: etiā
per obitum
cuius verifi-
cilem noti-
tiam nondū
impetrans
habebat.

competitor non ostendit eiusmodi prouisionem vllam. Quod tamē est necessarium. Quia primo non attestatur Papa eam prouisionem ei fuisse factam, sed eum asserere sibi alias fuisse prouisum siue prouideri concessum. u Et pondera quod non ait sicut asseritur, sed sicut asseris. & ita ei probandi onus incumbit secundum Rot. in decis. 74. Nota quod vbi. & decis. 727. Nota quod si. Facit lex ei qui dicit. ff. de prob. & c. In præsentia eo tit. Secundo quia stilus Curie habet x raro vel nunquam vllam alicui concedere pensionem, regressum vel accessum, nisi renunciati alicui titulo canonico, vel colorato, vel ei quē ad hoc renuncians nominat. Quod palam est omnibus qui aliqua ex parte Romana negocia huius generis callent. Tertio facit quod omne id quod expressum mouere potuit principē ad facilius concedendum gratiam, eam efficit subreptitiam, si non est verum quod exprimitur y etiam si non contineat causam finalem sed tantum impulsiuam, per textum omnium iuris optimum in ca. Postulasti. infra eod. ibi: Non tam de leui concessissemus. vt ibidem annotauit Pan. com- muniter receptus, & Decius in c. Cum cessante. de appellat. n. 2.

Neque obstat quod Decius sibi contrarius contrariū affirmat in c. Postulasti. col. 2. in eo quod de impulsiuâ causa diximus, motus ad id per. c. Dudum. de præbend. lib. 6. Quoniā primo hæc, de qua loqui mur prouisio, & eius renunciatio causa finalis huius accessus fuerūt intelligendo saltem per causam finalem id quod Decius in illo cap. Postulasti, intelligit, illud. s. quod est in causa, vt Papa soleat concedere vel negare, quod alias non concessisset, vel negasset. Secundo quod opinio communis præstantior videtur. & irrefragabiliter probatur per illud c. in illis verbis: Non tam de leui concessissemus. Quibus solutio Decij non satisfacit. Neque illius opinionem probat illud. c. Dudum. in illis verbis: Nihilominus cōcessissemus, per eū ponderatis: quæ satis expensa pro communi opinione faciunt. Quoniam qui maiori cum difficultate ac morositate concedit, non nihilominus, imo aliqua parte minus cōcedit iuxta illud gl. c. 1. de donat. Qui cito dat, bis dat. & c. 1. de plus petitio. & illud Senecæ. Nil carius emitur, quā quod precibus impetratur. Facit c. Et si quæstiones: de Simo. cōiuncta gl. verbo nō petenti. cū citatis ab ea. Et in casu illius c. Dudum tam facile concessisset Papa secundā gratiā facta mentione de potestate legato data, sicuti non facta. Vnde illud cap. solum probat ad summum, quod taciturnitas causæ illius impulsivæ, quæ expressa neq; principē retraxisset à cōcedēdo, neq; difficiliore notabiliter reddidisset, nō officit gratiæ. Quod cōmunis fatetur. Sicut expressio illius causæ impulsivæ, quæ neque principem mouet ad concedendū neque ad notabiliter facilius id efficiendū, officit gratiæ. Per quam

u
Clausula se-
cutur asseri-
tur, & si-
cut asseris
differunt.

x
Accessus ve-
gressus &
pensio raro
vel nunquā
cōceduntur:
nisi renun-
ciantis vel
contempla-
tione renun-
tiationis.

y
Causa gra-
tia etiā im-
pulsiva si
falsa est et
vitiat pro
communi
& Decio cō-
tra eundem
& noua cō-
cordia.

considerationem vtraque opinio conciliatur, vt scilicet, communis intelligatur de impulsua notabiliter mouente: Decij vero cōsideratio de ea que nō mouet notabiliter, quod arbitrio iudicis relinquatur iuxta l. 1. ff. de iur. delib. & capit. De causis. de offi. deleg. At expressio huius prouisionis & renunciationis illius, siue causam finalem huius accessus fuisse dicas, siue impulsuam, penitus mouit principē ad concedendum, quod stilius Curia probat: vel certe ad facilius multo & notabiliter concedendū, quod nemo negare potest. Cui consequens est gratiam hanc subreptitiam fuisse: & per consecutionem ipso iure nullam, iuxta ea quæ in principio præludiorum diximus.

Non obstat etiam si quis dicat eam renunciationem factam fuisse literis non expeditis. Quia id solum probat non teneri competitori ad probandum illum titulum per literas tunc expeditas. Quod etiam nos fatemur.

Non obstat item, quod Papa cōpetitori concedit accessum ad Cantoriam & canonicam prædictas cum clausula: etiam si ad illas nullum vnquam ius competierit. Quoniam id solum probat competitori non teneri ad probandū se habuisse ius verum & canonicū ante has literas à sede Apostolica impetratum. Quod & nos fatemur. ^z At ex hoc non infertur, non teneri eum ad probandum sibi fuisse titulum coloratum à sede Apostol. impetratum. Sicut & petēs restitutionem beneficii tenetur probare titulum aliquem coloratum, secundū glo. singularem, frequētius in scholis & ab omnibus vsu receptā in Cle. 1. de caus. possel. & propriet. Non tamen tenetur probare verū & canonicum, imo sufficit ostendere aliquem coloratū, licet ipso iure sit nullus, secundum Petrum in c. 1. de regul. iur. lib. 6. & communem.

Quarta exceptio.

Quarta exceptio, quæ materiæ c. Sedes. & cap. Ad audientiam. 2. infra eo. congruit est, quod prouisio, si quam habet ante hunc accessum competitor impetratā, illa cum labe simoniæ videri potest impetrata. Verisimile namque videtur ipsius patrem & Ludouicum (qui vtinam in palatio illo cælesti se mutuo iam amplexati sint semel, vt olim in Romano sepe fuerant) voluisse quidem, sed non potuisse impetrare accessum aut regressum pro competitorē ad hanc Cantoriam & canonicam, quæ patris competitoris quondam fuerunt: sicut impetrarunt regressum pro Ludouico ad Vlysbonsensem canonicam, in cuius tunc fauorē renunciauit competitoris pater. Vel quia competitor nōdum erat proximus septennio. Vel quia Papa noluit alij, quam renuncianti concedere illum. Quamobrem inter eos conuentū fuisse (quod sepe fit)

credere

credere par est, vt pater quidē cōpetitoris cōsentiret regressum fieri Ludouico. Ludouicus autē idem faceret cōpetitori, cum id faciendi opportunitas occurreret. Qua conuentione facta patrem cōpetitoris virum, vt fama fert, dexterum & Romanarum rerum peritissimum impetrasse illi prædictā Cantoriam & Canonicatum, quasi certo modo vacātes, in hoc solum, vt dum illi quali quali titulo competitor in fauorē Ludouici renunciaret consentiente Ludouico, Papa illi cōcederet regressum, vel saltē accessum. Hunc ego processum negocij minime noui, sed per argumentum à cōmuniter accidētibus in negocijs similibus non solū ipse suspicor, sed etiā arbitror facile suspicatos Curia Romanæ artiū satis peritos. Quin & audio bonā partē omnium prædictorū probari posse per illos, qui mediatores inter eos fuerunt. Quæ si vt præmittuntur facta fuerunt: primo constat simoniæ labem in hoc negotio intercessisse. ^a Simoniacū enim est renūciare te beneficio tuo in alicuius fauorē, vt is suo renunciet in alterius fauorem, arg. c. Quam pio. 1. q. 2. & c. fin. de pactis. & text. in specie in c. Dilecto. de præb. iuncta gl. 1. & c. Dudū. eo tit. lib. 6. coniuncta. gl. verbo liberaliter. Ex quibus colligitur ^b omnē sacerdotij siue beneficij ecclesiastici renunciationem cū conditione, modo, vel pacto factā, illicitā esse ac simoniacā. Quod tamen in renunciatione sola intentione animi facta, vt illi vel illi detur, locū non habere, latius & clarius, quā haftenus alius, explicauimus anno superioriē in illo c. Dilecto. At cōstat collationem per simoniā factā esse inutile ipso iure, per extrau. Pauli, quæ secunda est de simonia. Ergo verum est propositum.

Vt tamen fideliter pro vtraque parte quemadmodum sum pollicitus dicam, arbitror huiusmodi simoniā, etiam si vere intercessisset, non adeo inficere competitoris accessum, vt ipso iure inutilis sit. Quoniam quod maxime commēdo, quodque singularissimum est, ^c nulla simonia neque mentalis, neque conuentionalis, si modo alioqui non fuit realis, inducit tituli priuationem ipso facto, neq; sententiam excommunicationis infligit, neq; à prædicta extrauag. Pauli comprehenditur, secundum interpretationem Curia Romanæ. Quā prætorium Rotæ iam pridē sequi testatur Guillelmus Cassador in decis. 5. de constit. pōderando illam extrauag. in vers. Statuentes. in verbo. dando vel recipiendo. Vbi respondit multis quæ citātur pro aduersa parte, cui fere omnes scriptores adhærent. Ipse tamen eo libētius ab eis discedo & Guillelmo accedo, quo contra me facit decisio eius, dicentis, hanc interpretationē à tempore conditoris videri natam propter periculum animarum, quod contraria inducit. Quæ dura nimis est, & ita animabus periculosa valde. Per quam, pro dolor, innumeri excommunicati iudicandi erant, & titulis suorum beneficiorū vacui.

Quam

^a Simonia est ea te cōuentione renūciare beneficio tuo in alterius fauorem, vt alter suo renunciet in tuum.

^b Simoniaca est omnis renūciatio beneficij cum conditione modo vel pacto: quæ uis non ea quæ sit eo animo: vt illi vel illi detur.

^c Simonia nulla neque mentalis, neque conuentionalis, modo non sit realis, titulum beneficiale ipso iure perimit, neque excommunicationem inducit.

^z Titulus canonicus & coloratus multum differunt: & sepe quis tenetur probare coloratum & non canonicum.

Quam decisionem ut doleo tardius quam vellem vulgatam fuisse à Cassadore Romanarum rerum peritissimo, ita gaudeo eam affirmari etiam à Gomesio, viro varia eruditione illustri, in illa questione utilissima, quâ duodecimo loco disputavit super regula de trienniali possessore. ^d Nec parum lætor, quod ipse quoque causa ero piæ consolationis multorum Deum ex animo trimentium: quos partim scio, partim audio gravissimis scrupulis angere, tum ob titularum suorum nullitatem, tum ob excommunicationem, tum ob irregularitatem per celebrationem diuinorum contractam, tum ob fructuum perceptorum restitutionem. Quæ tamen omnia cessant secundum hanc auream decisionem, à pijs omnibus

^d Simoniaco rum Deum timentium consolatione non parua.

mea sententia laudanda ob ea fundamenta & contrariorum solutiones quæ prædictus Cassador in illa decis. 5. diligenter ac docte scripsit. Quare omnes Christi fideles dehortor primum ^e à simonia omni circa ordines, & beneficia præsertim committenda tanquam ab horrendo quodam monstro, siue illa sit mentalis tantum, siue mentalis & conventionalis, siue etiam realis, propter ea quæ leguntur & notantur in c. Tanta. de simonia, & c. si. i. q. 7. Eos autem quibus vel per ignorantiam non probabiliter siue vincibiliter, ut Theologi loquuntur, cupiditatem, ambitionem, vel aliam humanam fragilitatem, vel etiam malitiam ea pollui contigit circa ordines vel beneficia, hortor ut circumspectant, num ad dationem vel receptionem rerum promissarum fuerit processum. ^f Quo casu sciant sententiam excommunicationis incurrisse se, & si ante absolutionem celebrarint irregularitatem contraxisse à solo Papa abolibile, & nil iuris in beneficijs quæ per eam adepti sunt quæsiisse, & ad fructus restituendos obligatos esse per

^e Simonia omnis in ordine præsertim & beneficio monstrum horrendum.

extrau. illam secundam Pauli titul. de simonia. Quæ communis omnium est interpretatio: imo neque possessionem illorum unquam habuisse, adeo, ut etiam spoliati restitui non deberent, neque regula de trienniali possessore fore quæ. 33. est in regulis Innocentij 4. gaudere. Quæ tria postrema nos pridem Salmanticæ consulimus. Et ideo postea exhilarati confirmatiq; fuimus legentes apud eundem Cassadorem in 2. decis. de simonia ea probari summo illi Rotæ prætorio. Quod etiam Gomesius vbi supra testatur. ^g Si autem ad promissorum dationem & receptionem non est processum, sed sola mente conceptum est propositum de committenda simonia, vel etiam ad verba, pacta & conventionem deventum, poeniteat quidem eos ex animo, quod Deum capitaliter offenderint: at non angantur scrupulis excommunicationis, non ite irregularitatis, non tituli nullitatis, non restituendorum fructuum necessitatis. Quibus consequens videtur eos regula de trienniali possessore gaudere debere. Quod in calce illius questionis 12. dubitatis scire videtur Gomesius: quauis latè contrarium teneat in questionis corpore. Cuius tamen rationes per ea quæ in calce sentit facile mea sententia dissolui possunt, perpensa diligenter ratio-

^f Simon factus realis circa beneficia & ordines excommunicatus est. Et si celebrat irregularis: nec querit titulum beneficij, sed neque possessionem, nec fructus nec spoliati restituitur: nec regula de trienniali possessore gaudet.

^g Simoniacus mentalis tantum, vel mentalis & conventionalis tantum prædicta mala non patitur. Imo & regula de trienniali possessore gaudet.

ne illius

ne illius regulæ, quæ parte de simonia loquitur. Quæ in huiusmodi simoniaco non videtur locum sibi vindicare.

Neque miremini, viri prudentissimi, quod conclusionem, quæ competitori adeo iuuat, sic amplificauimus. Nam pluris multo facio hanc conclusionem esse veram, & eam quæ paucis hactenus nota est palam fieri omnibus, præsertim confessarijs, quam nostram super cuius iure scribo Cantoriam mihi pacificam fieri.

Dicat tamen hic pro me aliquis eruditior, per hanc conclusionem competitori iuari non posse, si vera sunt, quæ pro verisimilibus supra narrabantur. Quoniam inter patrem eius & Ludouicum prædictum non solum mentalis & conventionalis simonia intercessisse videtur, sed etiam realis. Nam deuentum fuisse videtur ad dationem promissorum. Quia

uterque renunciauit beneficijs in quibus regressus constituendus erat, & uterque regressui vel accessui consensit, & super his omnibus literæ fuerunt expeditæ. Hunc scrupulum nescio quare neque Cassador, neque Gomesius viri circumspecti tetigerunt. Et quidem ut eorum in hac re sententiam maximi fecissem, ita eorum & aliorum censuram meam subiiciens hæc arbitror conclusionem eorum intelligendam esse de datione vel receptione pecuniæ siue rei temporalis, ita ut donec ad illam perueniatur, non censetur incussa excommunicatio, neque poena priuationis tituli iure ipso: licet peruentum fuerit ad rei spiritualis traditionem. Moueor ad id quod secundum prædictam illorum sententiam titulus beneficii habiti per simoniam conventionalem non est ipso iure nullus propter hanc conclusionem. Ergo illa non solum de simonia conventionali tantum, sed etiam de illa per quam ad rei spiritualis traditionem deuentum est, intelligitur. Quæ extensio si vera est, quæ sane verisimam esse cupio & credo, partes competitoris in hoc articulo optime defendit, & principes tum sacros, tum profanos & eorum consiliarios egregie consolatur. Aliud tamen obstaculum ex superiori narratione oritur contra competitori: nempe quod in impetratione huius accessus tacuit veritatem quædam, quæ si expressisset, nequaquam illi ei Papa concessisset. ⁱ In quod fraudulenter ipse vel alius pro eo a Papa impetrauit hanc Cantoriam sciens se nil iuris impetrare, sed solum parare sibi medium quoddam, per quod Papa deceptus pensionem & accessum prædictos concederet. Si enim hanc veritatem Papæ expressisset, non obtinuisset ab illo prædicta, vel non tam facile. Quoniam primo nemo debet ex sua iniquitate commodum reportare. l. Itaque fullo ff. de furt. c. i. de postul. prælat. ^k At iniquum est beneficia, quæ scis esse viuentium, impetrare. c. i. de concess. præbend. cum regul. Cancell. 20. & alijs quæ multa citat Decius cõsil. 398. In causa. Sed competitor, aut pater ipsius Cantoriam hanc, cum sciret ad alium spectare, impetrauit. Ergo propter illum titulum non concessisset

^h Simonia conventionalis etiam si traditio rei spiritualis tantum eam consequatur non videtur prædicta mala ipso iure inducere.

ⁱ Gratia, cuius causa fuit impetratio nulli beneficii eo dolo & animo facta ut eam gratia concederetur subreptia est si dolo is non exprimitur

^k Beneficium viuentium impetrare peccatum est, & alicubi argumētum innummicitie capitalis.

cessisset

cessisset ei Papa quod absque illo non donasset. Verum absque illo non dedisset ei pensionem & accessum, vel certe non tam facile, per ea quæ dicta sunt in tertia exceptione. Ergo propositum est verum.

Secundò facit quod pater competitoris vir dexterrimus & prudētissimus nō impetrasset in capite filij minoris septennis & nōdū clerici talem dignitatem a viro Romano possessam, si per illā impetrationem putasset vllum ius quærendum fuisse impetranti. Quoniam cum difficile sit talia beneficia è manibus possessorum Romanorum auferre, difficilius multo est quādo impetrator tot defectus patitur, quod tunc patiebatur competitor. Ergo euidenter apparet hanc huius accessus impetrationem subreptitiam esse.

Tertiò facit quod pater competitoris & Ludouicus erāt amici maximi. Quod constat ex renunciationibus quas vterque in alterius fauorem fecit, etiā consentiēdo regressus. Quod signū est amicitie & fiducia. At non est amici impetrare te tibi beneficiū quod alius possidet vt suū, argumento multorū paragraphorū. c. 1. 13. q. 2. Imo, vt audio, in hoc Lusitaniæ regno inimicus habetur, qui beneficiū alterius

Beneficij amici impetratio ad constituendam pensionem vel concessam accessum vel regressum facta si vterque id facere cupit dolosa presumenda est

viuentis impetrat, quasi certo modo vacans. Ergo non est verisimile patrē cōpetitoris impetrasse Cātoriā hanc cū canonicatu, quæ Ludouicus possidebat & quæ obtinuerat per renunciationē eiusdē patris, quod ex bullis Ludouici aperte constat, sine cōsensu ipsius Ludouici. Ludouicū autē cōstat, impetrationi tali nō fuisse cōsensurum, nisi ad eū finē fieret, vt cōpetitori impetrationi illi renūciantī cōsentiret accessum pro regressu, quæ patri eius renūciantī concessurus fuerat. Et ita dolose videtur facta huiusmodi impetratio, dolus autem & fraus nemini patrocinari debent c. Sedes Apostolica de rescrip. c. Ex tenore: de foro comp. Ergo, licet competitor ostendat eiusmodi prouisionem, quia tamen nunquam ostendet eiusmodi fraudem Papæ fuisse apertam, semper ipsius literæ subreptitiæ erunt & nullæ.

Quartò facit quod Papa hunc accessum cum pensione ei non concessisset, aut certe non tam facile, si huius veritatis conscius fuisset. Ergo concessio inutilis fuit. c. Postulasti. infra eo. Confirmantur hæc ex eo, quod Papa simplicitatis est amicus c. Veritatis. de iureiuran. c. 1. de postul. prælator. & nouit illud Euangelicum. Estote simplices sicut columbæ. c. Ex merito. 6. q. 1. Ergo apud eum non plus, sed minus poterit dolus, quam simplicitas. Quod satis ipsemet testatur in illo c. 1. de postul. prælat. m

Accessu regressu & pensionem papa nō concedit nisi ob renūciationem.

At si pater competitoris & Ludouicus simplicissimis animis & candidis petiissent a Leone decimo vt competitori concederet pensionem cum accessu ad hanc Cātoriā, de Ludouici eius possessoris consensu nullatenus sine renunciatione annuisset. Quod ex Curiæ patet stillo, & supra est dictum. Ergo si sciuis-

set

set eos per dolos, scilicet impetrationem beneficij viuentis, per allegationem eius quod nouerant nihil esse querere pensionem illā cum accessu, minime illa ei concessisset. Quintò facit quod alias consulimus dispensationem Papæ, per quam ille religiosum ordinis mendicantium vel alterius transfert in canonicorum regulariū, eo quòd habitu sui ordinis omisso, apostata factus incedebat, subreptitiam & inutilem penitus esse, si habitum ille suum in hunc finem tantum omisit, vt per hoc Papæ moueret clementiam, & hanc fraudem minime detexit argu. c. Postulasti. & eorum quæ ibi traduntur infra eo. & quæ supra in tertia exceptione adduximus. Per quod & aliā multa nō possum sine stomacho scribere in quosdā, qui sibi Romanas res scire videntur, eo quòd quæ Romæ fiunt sciant: cum tamen causas quare fiant minime norint. Quorum alij cōsulti à religiosis de modo impetrandi facili, quo liceat eis mutare ordinem & habitum, respondent oportere illos prius habitum temere relinquere, apostatas fieri, & ex cōmunicationes incurrere grauissimas. Alij vero cōsulti, quomodo impetrabunt dispensationē contrahendi matrimoniū in secundo gradu æqualis lineæ, vel tertio, respondent si prius matrimoniū factum contraxerint & consummauerint. Alia itē id genus similia multa respondent, parum considerantes, quòd his casibus non solū oportebit mentionem facere omissionis habitus & contracti male matrimonij scienter: sed etiā fraudis, quæ grauitate peccado sunt vsi, vt benignior in eos esset Roman. Pontifex. Alioquin enim eiusdem indulgentiæ & dispensationes ipso iure inutiles erunt, apud Deum quidem qui omnia nouit, & in foro conscientie simpliciter: apud homines vero, si & quatenus ea fraus probari potest. In iudicio enim humano de non existentibus, & de non apparentibus idem iudicamus. l. Duo sunt Titij. ff. de testamen. tutel. c. Si sacerdos. de off. ordinar.

n Dispensationem siue indulgentiam Papam qua monachum de alio in alium ordinem transferre quod a suo apostata reuocari non potest, se ideo apostatasse ut ea indulgentiam facilius impetraret.
o Dispensationem siue indulgentiam matrimonij scienter male contracti & consummati eo sine vt facilius impetraretur inutile esse nisi hoc detegatur.

Sextò faciat, quòd nisi teneamus hanc, de qua loquor, expressionē esse necessariam, paratur via vt quicumq; voluerit facillime cuiumq; volet regressum concedat & pensionem. Dicam enim ei cui voluero constituere pensionem, impetra meum beneficiū à Sede Apostolica tanquam certo aliquo modo vacans, & postea renuncia illud mihi, re seruata pensione aliqua cum accessu cui ego consentiam. Canamus igitur receptui & dicamus quartam exceptionem contra competitorem esse, quòd licet ille demōstret aliam prouisionem ante hunc accessum impetratam: nunquam tamen monstrabit reiectā fuisse Papæ illius nullitatem, & eo tantum sine impetratā, vt propter illius renunciationem Papa concederet hunc cum pensione accessum. Quod si competitor contendat ea quæ supra pro verisimilibus narrata fuerunt non posse probari, meminerit ipse aut certe fautores eius omnia esse

auda

nuda & aperta Deo, qui digna factis rependet: meminerimus omnes illud Matth. 6. c. Relatum in c. Mathæus. de Simonia: Quid prodest homini totum mundum lucrari, si animæ suæ detrimētum patiatur.

Quinta exceptio.

Quinta exceptio quæ seruit cap. In nostra. & cap. Ad audientiam infra eodem, est quod competitor postquam habuit hunc accessum, & antequam locus esset illi, obtrinit & nunc possidet Archidiaconatum Ecclesiæ Vlysi-ponen-sis, quem constat esse dignitatem in Ecclesia Me-tropolitana. Constat item Cantoriam, de qua cōtenditur, Conimbri-censem, esse dignitatem: & non qualem qualem, sed secundam post Pontificalem. Quod palam est in hac ciuitate & Ecclesia, quodque in licetis prædictum accessum continentibus asseritur in illis verbis: ad Cantoriam quæ inibi dignitas, non tamen maior post pontificalem existit. Constat autem duas dignitates esse incompatibiles, adeo ut per adeptionem secundæ, prior perdatur ipso iure. c. De multa. de præbend. & extrauag. Execrabilis. Io. 22. Constat item cum qui habet gratiam, ad beneficium vacaturum, si acceptet aliud, quod cum eo iure obtineri nequit, gratiæ illi renunciare videri. Casus est singula-ris in Cle. Gratiæ. de rescript. Cuius verba sunt quæ sequuntur: Gra-tiæ ut de dignitate vel beneficio curato tibi provideatur renunciare videris, si ante adeptionem eiusdem, aliud beneficiū pacifice assequa-ris, quod simul de iure cum dignitate vel beneficio, virtute dictæ gra-tiæ tibi debito retinere non posses. Cuius sententia secundum Ioan. And. & communem est. P. Expectans beneficium perdit gratiam si consequitur aliud quod cum illo quod expectat, de iure tenere non potest. Quod procedit etiam si secundum beneficium per ordinarij collationem fuerit assecutus, secundum gl. 1. illius Cle. receptam. Pro-cedit etiam si beneficium esset manuale ac ad nutum amittibile, se-cundum Cardin. ibi q. 4. etiam si talis expectans vicariam perpetuam esset adeptus, secundum Ludouic. Romanum in consil. 350. col. 3. per textum Cle. 1. de offic. vicar. Imo etiam si tale beneficium incompati-bile per permutationem obtinisset, secundum eundem Roman. ibi-dem col. 4. Similis fere textus est in c. Si pauper. de præbend. lib. 6. Fa-cit quod & facilius perditur ius ad rem, quam ius in re. cap. Quemad-modum. de iure iuran. l. Ser. C. de pact. cum ei annotatis c. de pact. & quæ adducit Fredericus consil. 9. Casus talis est, ad probandum rem im-mobilem Ecclesiæ legatam repudiari posse per solū prælatum. Et est glo. in specie nostra quæ ponitur verb. clericalis. c. 1. de cleric. coniug. lib. 6. At qui acceptat secundam dignitatem, perdit priorem omnino sibi

Expecta-tio perditur per adeptionem beneficii repugnantis beneficio expectato: etiam si manuale fuerit & ab ordinario collatum via permutationis. Ius ad rem facilius quæ in re perditur.

sibi quæsitam ipso iure. capit. De multa. de præbend. A fortiori er-go, perdit ius ad talem dignitatem ante quæsitum. Facit quod licet renunciatio beneficii iam quæsitum fieri non possit nisi in manibus superioris. capit. Quod in dubijs, &c. Admonet. de renunc. iuris tamen ad beneficium quæsitum fieri potest, ut est gloss. memorabilis & recepta in cap. Si electio. de electio. lib. 6. in cap. Cum venissent. de in integr. restitut. verb. renunciavit, quam putauit sing. Col-lector decisionum nouarum Rotæ in penulti. decisio. Quod etiam tradit Frederic. in dict. consil. 9. Et est casus optimus in cap. Si tibi absentem. de præbend. lib. 6. Quod habet, beneficium collatum ante illius acceptationem sine vlla superioris autoritate respui posse, quia nondum est ius in illo quæsitum ei cui collatum fuit. Facit quod licet secundum communem & receptam sententiam per adeptionem vnius incompatibilis non perditur aliud ipso iure, nisi quando vtrunque vel habet curam, vel est dignitas, personatus aut officium, iuxta. capit. Referente. de præbend. Quod etiam hodie hoc casu viget secundum communem, ut ibi anno superiore latius tradidimus: tamen si quis ius habet ad rem ad quodcunque beneficium, & nanciscatur aliud ei repugnans & incompatible, etiam si neque curam habeat, neque dignitas sit, personatus, aut officium; priori tamen iuri ad rem renunciare videtur per prædictam Clem. Quod communis opinio habet cum gloss. 4. eiusdem probata per Andr. Sicul. col. 9. & communiter omnes ibidem, & Panorm. in cap. fin. de cleric. non resident. At competitor solum ius ad rem habebat per hunc accessum, etiam si optimus fuisset à principio. Per accessum enim, & etiam regressum ius ad rem quæri, & non in re, in præludijs diximus, & postea in vndecima exceptione repe-temus. Ergo competitor acceptando archidiaconatum Santarensem, visus est renunciare accessui prædicto, quamlibet valido. Et ne dicas competitorem paratum esse ad renunciandum alteri harum dignitatum, considera quod non profuisset ei, etiam si ante decem annos renunciaffet. Fias enim dictæ Clem. habet eius dispositio-nem procedere, etiam si secundum acceptans resignauerit primum, vel sit resignare paratus. Per quem finem annotauit ibi Petrus ab Anchara. quem sequitur Andr. Sicul. not. pen. ius competens alicui extinctum non reuiuiscere, licet cesset illud quod fuit extinguendi causa.

Non obstat, si quis dixerit, Clement. illam agere de gratia per quæ mandatur prouideri: per hunc autem accessum non mandari prouideri, imo prouisionem fieri ipso iure per literas ipsas pro tempore mortis Ludouici. Non inquam hoc obstat. Quia primo

B constat

Renunciatio iuris in beneficio quæ sit non potest fieri valida nisi in manibus superioris: iuris autem ad illud sic

Ius ad beneficium perditur per cuiuscunque incompatibilis adeptio-nem: ius autem in beneficio non sic

Ius semel extinctum non reuiuiscit extincta extinguendi causa.

^u constat nullū illius Cle. verbū agere de mādato, sed de gratia, vt de dignitate vel de beneficio curato sibi prouideatur. Et talis est gratia accessus & etiam regressus. Quoniam, vt in præludijs dictum est, collationes quædam conditionales sunt, quæ ad tempus conditionis impletæ trahuntur. Quanquam fateor appellatione gratiæ ibi contineri etiam mandatum de prouidendo, etiam ante executionem. Quod ibi annotauit Imol. & dilatauit And. Sicul. primo notab. Sed verba nostro casui aptiora sunt, vt palam est per illorum scripta. Secūdo respondeo, quod si hunc accessum ad gratiam iam factā reducas, oportebit te fateri, non solū illi renūciasse competitorem, sed etiam iam perdidisse archidiaconatum Santarensem, & inhabilem factum ad illum, & ad hanc Cātoriam, & omne aliud beneficium, per extrauag. Execrabilis. Io. 22. Quod nobis magis faueret, sed falsum est.

Non obstat etiam, si dicas illam Clem. procedere in gratia per quā in genere de aliquo beneficio prouideri mandatur, non autem de gratia per quam hoc vel illud in specie confertur, vel conferri iubetur. Non, inquam, hoc obstat. ^x Quoniam res omnino cōtrario modo se habet, secundum peritissimum illum Canonum Cosmam in Pragmat. titul. de collat. §. Quod si quis. in verb. tempore, sub finē. Quem etiam Matthæus Pacus doctor Tholosanus eruditissimus sequitur in lib. de mandatis Apostolicis, in octaua parte versic. quinta conclusio. Qui ambo dicunt Cle. illi maxime locum esse in gratia speciali ad certam dignitatem vel beneficium curatum obtenta: nō sic in mandato generali ad quæcunque beneficia. Quia quando mandatum est generale ad quæcunque beneficia, poterit vacare aliquod beneficiū simplex, quod simul cū alio de iure poterit retineri. Et ideo per assecutionē beneficij etiam curati talis mandatarius suæ gratiæ renunciare non videtur. Denique pro nostra conclusione facit, quod Calderi. in repetit. cap. Mandatum. col. 4. versic. Circa materiam. infra eod. & Cardinal. ibi. q. 1. communiter recepti tenent vnum modum quo expirant literæ beneficiales esse ademptionem beneficij repugnantis & incompatibilis beneficio expectato. Quod ipsum etiam tenet Petrus ab Anch. consil. 58. Circumspectis. col. 2. & Cosmas in Pragmat. sancti. Galli. titul. de collat. §. Quod si quis. verb. tempore. Petrus item Rebuffus in concordat. tit. de mandat. Apostol. in verb. persequentes. Qui etiam in tractatu nominationum. q. fin. versic. Nono. ait, ita finiri literas beneficiarias renunciatione tacita, sicut expressa argum. l. Cum quid. ff. si cert. petat. cum ibi late annotatis per Iaso. Per quam tacitam etiam comprehendit ademptionem incompatibilis. Idem tradit etiam Matthæus Pacus de mandatis Apostolicis in quinta conclusione præcitata.

SEXTA

Sexta exceptio.

Sexta exceptio, quæ huius cap. Si quando. materiam tangit est, quod beneficiū conferri nō potest ei qui prudentiæ ac doli capax non est. Talis enim iure naturali & diuino à beneficio repellitur. ^z Quoniam omnis cui beneficium ecclesiasticum donatur, constituitur legatus & intercessor inter homines mortales & Deum immortalem ad impetrandam culparum, quas passim admittimus, veniam, & ad gratias beneficiorum, quæ nunquam non accipimus, agendas, iuxta. c. Ipsi. i. q. 1. in illis verbis. Sacerdotes, hoc est, sacerdotia siue beneficia habentes pro populo interpellant, & peccata populi comedunt. & iuxta principium. 49. distincti. ibi. Qui ordinantur intercessores pro populo ad Deum parantur. Et hoc est officium propter quod dari beneficium dicitur in. c. fin. hoc titul. lib. 6. At omnis qui prudentia ac doli non est capax, iure ipso naturæ ineptus omnino est officio eiusmodi. Ergo iure quoque naturæ ineptus est beneficio. Facit illud illius ethnici, quod vtinā mente alta versaremus, omnes Christiani saltem Deo dicati.

Publica lex hominum naturaque continet hoc fas, ut quis artem quam minime nouit exercereat.
Vt teneat vetitos inscitia debilis actus.
^a Facit quod contra iura naturæ fuerit ignarum penitus herbarū fieri pharmacopolam, iuxta illud eiusdem poetæ.

Diluis helleborum certo compescere puncto.

Nescius examen?

Contra item eadem iura fuerit, agricolam qui neque polum arcticum, neque antarticum nouit, neque regiones terræ ac tractus maris vidit, nauis gubernacula suscipere, iuxta illud eiusdem.

Nauem si poscat peronatus arator

Luciferi rudis exclamat Melicerta perisse

Frontem de rebus.

At maiore ratione cōtra ius naturæ fuerit, discretionem carenti & prudentiæ tantū imponere officiū. ^b Facit illud Tho. à Vio. in Sūma, verb. beneficium, pagina fin. quod etiam anno superiore in. c. Super inordinata. de præbend. citabam & paulum temperabam, intolerabile, videlicet esse ac inexcusabile, quod existentibus adultis idoneis, beneficia pueris conferrentur propter hoc officium intercedendi ad Deū eis annexum. Quod vtinam tanto affectu à prælatis ætatis nostræ in vsu acciperetur, quanto cum animi iudicio vero ille hoc dixit. Denique facit quod Bald. in. c. Cum a deo. nu. 10. & Fel. eum sequutus hic num. 4. & Steph. ad capell. Tholo. q. 488. affirmarunt c non obtem-

B 2

perandum

^{Intellectus}
Cle. gratia
de rescriptis
ragitur.

^{Cle. gratia}
de rescriptis
maxime
habet locū
in gratia
speciali.

^{Beneficij etiam}
clesiastici
non est capax
prudens
incapax
natura iure
repugnante.

^{Beneficiarij}
omnes legati
sunt & intercessores
inter Deum
& homines:
& hoc est
officium ob
quod datur
beneficium.

^{Iura naturæ}
habent, ne
quis artem
quam minime
nouit exer-
ceat.

^{Beneficia}
pueris con-
ferre existi-
tibus adultis
idoneis inexcusabile.

^{Beneficium}
conferri nequit etiam à
Papa infanti,
furioso & prodigo, neque illi si cōferat paruum est.

perandum Papæ conferenti etiam scienter beneficium ecclesiasticū infanti, furioso, vel ei cui bonis interdictum est. Cuius decisionis ratio nulla reddi potest efficax: nisi illa quod, scilicet, hi iure diuino naturali, super quo Papa non dispensat, sunt ad illud habendum inepti propter discretionis & prudentiæ defectum. Ex quibus omnibus habemus, iure naturæ ineptum esse beneficio, qui prudentia caret. At competitor non erat prudens & doli capax, quo tempore is accessus fuit ei concessus. Nam, vt in literis illum cōtinētibus asseritur, nondum erat septennis, sed solum in septimo anno vel circa ætatis suæ constitutus. Et constat ^d infantem iure præsumi non esse prudentē neq; doli capacē. §. Pupillus. Instit. de inutili. stipul. ibi: Nam infans, & qui infanti proximus est, nō multum à furioso distat. Quia huiusmodi ætatis pupilli nullum intellectum habent. Et quamuis per verba quæ postea subsequuntur significetur proximum infantia posse sibi stipulari, tamen de infante cōtradicit. Quod gl. ibi recepta tenet & declarat Angel. ibi. nu. 8. & affirmat cōmunis opinio, attestantibus id Socino & Iaso. in princip. l. 1. ff. de verborum. & probatur per. l. 1. & l. Mulier. ff. de eod. ^e Cuius potior ratio est, quod caret cōsensu &

^d Infans præsumitur im prudens & doli minime capax.

^e Infans stipulari nequit, potius quia iudicio caret, quam loquela.

^f Loquitur qui sine iudicio non loquitur: vt furiosus, vt infans.

^g Infans legitimi potest, licet non consentire legitimationi secundū multos.

^h Legitimationi scite non contradicens consentit.

iudicio, quàm loquela, cum passim videas infantes fantes & loquentes: ^f nisi dicas eū non loqui qui sine discretionē ac iudicio loquitur iuxta. L. Sancimus. C. ad Trebell. Quæ habet voce carere furiosum. Quod ibi Bald. in. 1. annotauit. Quodq; videtur in causa esse cur non legis apud Iuriscōsultos infans si dari potest, sicut pupillus si dari potest. l. Pupillus. ff. de acquirend. hæredit. Facit ^g quod licet secundum receptam sententiam infans, legitimari possit, tamen legitimationi consentire nequit. secundum Azonē in summa de emancipat. liber. Quod alij aiunt non requiri, vt Bart. in l. Iubemus. eiusdem tituli. Alij vero requiri, sed sufficere ratificationem authētico. Quibus mod. natural. effi. sui. §. Et generaliter. Et tradit Salic. in illa. l. Iubemus. & Decius allegans alios consil. 55. col. 4. ^h additq; illam ratificationem colligi, cum primum infans grandior effectus eā rescierit, neque contra dixerit per gl. singul. in l. In adoptionibus. verb. contradicendo. ff. de adoption. Quasi diceret, intra infantia tempora id efficere nō posse.

Ex quibus iterum habes, præsumi iure infantem prudentia carere. Quod si cōiungas cum eo quod superius est probatum, scilicet, prudentia carentem iure naturali diuino beneficij incapacem esse, facile colligas cōpetitorem tempore quo is accessus fuit ei concessus iure naturæ ad Cantoriā hanc inhabilem fuisse, quandoquidē infans erat. Huic tamen exceptioni duo videntur maxime responderi posse. Alterum est dicere, per prædicta probari quidem non posse infanti neq; alij prudētia omnino carenti conferri beneficium pure, ita vt ius

in illo

in illo quærat perfectū. Sed non probari quod nō possit sub conditione conferri, ita vt ius tantum quoddam ad rem, & quædam spes illud tēpore quo fuerit habilis habēdi, ei acquiratur, & quod per hūc accessū non ius in re, sed ad rem huiusmodi fuit cōpetitori quæsitū.

Alterum est, quod Papa sciebat competitorē fuisse infantē quo tempore is accessus ei concessus fuit, & ita visus est dispensare. l. Qui dam consulebat ff. de re iudi. & l. Idem Vlpianus. §. 1. de excusa. tut. cū alijs quæ congerunt Feli. & Decius in c. Ad hæc infra eo. & in c. Cum inter. de except. Et pro vtraque ratione facit, quod sufficit impetran-tem habilem esse tempore quo impletur conditio & beneficium acquiritur, licet tempore impetratæ prouisionis conditionalis vel mandati de prouidendo sit inhabilis. c. Ei cui. secundum communem intellectum de præb. lib. 6. & decisio. Rotæ. 857. in antiq. & Oldradum consil. 58. & Cassadorem in decisio. 3. de præb.

Contra tamen responsonem Priorem facit regula vulgaris. ⁱ Fine prohibito, omnia media per quæ ad illum peruenitur censentur prohibita. c. Tuæ. de procurator. c. Nam de constit. & l. Oratio. ff. de spōsal. Vbi aptus ad propositum casus, scilicet quod sponsalia non possunt inter illas personas contrahi inter quas matrimonium est prohibitum. Ergo neque poterit expectatiua, quæ sponsalibus est similis, ei qui non est beneficij capax & cum quo coniugiū spirituale non contrahitur, concedi. Et licet responderi possit, illam regulam tunc demum procedere cum in re prohibita & medijs ad eam perueniēdi eadem ratio prohibendi militat, non autem quando diuersa, secūdū Cynum, quem sequitur Sali in l. 1. C. Si rector prouin. & Alexan. consil. 194. Consideratis verbis. col. pen. & fin. lib. 2. Quod est in causa, quod multis iuribus sit locus in matrimonijs, quibus tamen non est locus in sponsalibus, scilicet c. 1. §. 1. de despo. impub. lib. 6. l. Solet. in fin. ff. de his qui not. infam. l. Si quis officium. ff. de ritu nuptiar. Facit gloss. sing. Cle. 1. de consang. & affinat. in verb. contrahere. Et tradit Baldus in l. penul. §. Docere. in fine. ff. ne quis eum & in l. 1. col. fin. ver. Et per hoc determinatur. C. si rector prouinc. Et quamuis, inquā hoc responderi possit: replicari tamen etiam poterit, quod in proposito nostro eadē ratio videtur militare in expectatiua & in prouisione pura. Defectus enim prudētiæ ac iudicij non solum impedire videtur ius in re, sed etiam ius ad rem in spiritualibus beneficijs. Cuius rei argumentū videtur esse, quod nunquā furioso cōcedit expectatiuā Rom. Pōtif. Sed neq; infanti anniculo, vt arbitror, vnquā cōcessit. Pro qua replica facit, quod licet multa iura loquētia de matrimonio nō cōprehēdant spōsalia: tamē c. Dilectus de spōsal. quod iuncta gl. habet, amentem nō posse cōtrahere matrimoniū, spōsalia cōtinet

ⁱ Fine prohibito, medijs censetur prohibita si eadem prohibendi ratio in eis quoque militat alioqui contra.

secundum gl. verb. consensus. c. r. de spons. lib. 6. & satis sentit gl. in d. c. Dilectus. neque quisquam contradicit.

Quamuis aut sic replicari possit, nihilominus tñ vt potius quod sentio, quam id quod causam meā iuuat, dicam, ^k verius videtur infante m prudentia carentem & nondum clericatu insignitum non esse naturali iure incapacem expectatiuæ ad beneficiū ecclesiasticū habendū tēpore quo ad id satis prudens erit. Et ideo posse illi cōcedi per indulgentiam & dispensationē à Pontifice de potestatis plenitudine arg. c. Proposuit. de cōcess. præbē. & l. Princeps. ff. de leg. Vi detur tñ secūdo, nunquā id Romanū Pōntificē cōcessisse alicui, nisi forte aliqua de maxima causa & alicuius maximi viri filio. Quoniā primo, licet id non sit contra rationē naturalē omnino necessario inferentē, illud esse malū ex legis naturæ principijs, est tñ cōtra rationē naturalē fere id cōcludentē. Secūdo quia id cōtra legē humanā eandemq; sanctā est. Quoniā ^l secundū iura cōmunia, expectatiua ad beneficiū ecclesiasticū non cōceditur nisi clerico. c. Cum adeo. de rescr. quod de expectatiua loquitur. Facit. c. 2. de institut. & c. Ex literis, de transactio. At infans iure cōmuni ab omni ordine etiā primæ rōsure arcetur. c. fin. de tēpori. ord. lib. 6. Facit regula Cancell. 17. cum gl. sub finē. quæ habēt eandē ætatē esse necessariā ad impetrandā expectatiuā pro canonia ecclesiæ cathedralis, quæ requiritur ad habēdū illam. Facit ^m quod secūdū cōmunem sententiam quando subreptio cōmittitur in impetratione, non solum tempus collationis, sed etiam datæ expectatiuæ consideramus quoad capacitatem. c. Si eo tempore de rescript. lib. 6. secundum communem intelligendi modū, quē probat Panor. in c. Dilectus. 2. de præbend. & alij quos refert & sequitur Fel. in c. Eam te. infra eo. col. pen. & Leobinus copiosius in illa eleganti dissertatione de mandatis Apostolicis folio. 22. & sequentibus; dum tertiam, quartam & quintam solutionē explicat, & Matthæus in. 4. parte. de Manda. Apolto. n. 48. At infans ad quæcunque beneficia est inhabilis, & ideo etiā si in genēre impetret literas ad beneficiū vacaturū, subreptionē cōmittit. Ergo in expectatiua ei cōcessa data, consideranda est quoad capacitātē. Quanto magis cū in specie aliquā dignitatē impetrat, sicut cōpetitor qui accessum expectatiuū impetrauit ad hāc Cātorīā, cui magnū regendi spūalia onus incūbit. Quo casu secundum omnes, attēditur etiā tēpus datæ quoad capacitatem. Ex quibus liquido colligitur, cōtra ius humanū saltē esse, expectatiuā cōcedere infanti. Tertio videtur Leo Pontifex Max. cū cōpetitori hūc accessum cōcessit, quia sciebat eū esse infantē, & nōdū clericatu insignitū, visus fuisse dispēsare cū eo super ætate ac clericatu. Quia secūdū ea q̄ dixi, defectus hic nō est iuris naturalis ac diuini,

^k Infanti cōcedi expectatiuā non est cōtra ius natura. Est tamē cōtra ius cōmune, maxime si nōdū est clericus.

^l Infans neque ordinari neque donari pōt expectatiua secundum iura cōmunia

^m Expectanti capacitas etiam tempore data expectatiua aliquando adesse debet

diuini, sed humani. Et quando princeps supremus efficit aliquē actū sciēter contra ius suū humanū, videtur in eo dispensare per ea quæ supra in secunda contra exceptionem hanc responsione citabam. Quinto vero videtur ⁿ præsidium hoc prodesse quidem posse competitori quoad defectum ætatis & clericatus, non autem quoad defectum iudicij & prudentiæ, de quo non meminit Papa. Imo, vt in sequenti exceptione dicam, contrarium præsupponit. Et de multis impedimentis; alio sublato alia manent. l. Si domus. ff. de seruit. & c. Ex tuarum. de aut. & vsu. Ex quibus inferitur, hanc exceptionem concludere aduersus competitorē, nisi probet se cum infans esset præter communem infantum legem, & consuetudinem fantem fuisse, hoc est, discrete loquentem. Quod adeo fertur eum non probaturum, vt affirmetur minus tunc, quam alij infantes sibi æquales sapuisse.

ⁿ Infanti cui sublatus est per indulgentiam defectus ætatis & clericatus quo ad expectatiuam: non continuo cōsetur defectus iudicij sublatus.

Septima exceptio.

Septima exceptio quæ materiam huius cap. & cap. Postulasti, infra eod. tangit cōtra competitoris literas illa est, quod in earum principio dicitur eum, quando is accessus fuit ei concessus, laudabilia puerilis ætatis indicia habuisse in hæc verba: laudabilia tuæ puerilis ætatis indicia, ex quibus, prout fide dignorum testimonijs accepimus, verisimiliter colligitur, quod succedentibus annis in virū te debeas producere virtuosum. Et paulò inferius: prædictorum indiciorum tuorum intuitu. Attamē, vt quidam aiunt, falsum est competitorē eo tempore talia de se indicia demonstrasse. Ergo quiddam falsum fuit in his literis Papæ expressum, quod eum mouit ad concedendū. Erga concessio ipso iure inutilis erit, argum. cap. dict. Postulasti. & eorum quæ supra in tertia exceptione scripsimus. Præsertim quod hoc falsum non solum causa impulsiva notabiliter mouens fuit, sed etiam finalis. Nam proœmia causam finalem continent per textū iuris optimum in l. si. ff. de hæredi institū. Quē ibi nu. 3. ad hoc annotauit Barto. dicens, illā legem melius hoc probare, quā quæuis alia. Quod ipsum aiunt ibi Baldus, Angel. & Imol. n. 4. & Baldus in primo notab. l. Vt liberis. per illū rex. C. de collatio. Nam ex verbis proœmij colligitur mens disponentis, secundum Pan. in c. Aduersus nu. 2. de immunit. eccles. & Imol. in d. l. si. Sicut & ex præfationibus probatur intentio contrahentium. l. Titia. §. Idem respondi. ff. de verborum. & l. Item quia. §. fin. ff. de pactis. Et ex præfationibus statutorum probatur mens statuentium, secundum Bartolum in l. Ambitiosa. in pen. colum. de decretis ab ordine faciendis. Ad proœmium enim semper recurrimus, quo disponentis voluntatem conijciamus. l. r. in

^o Proœmia causam finalem denotant, mentē disponentis indicant & voluntatem ostendunt.

princip. & ibi Bart. ff. ad Macedonia. & in l. Cum hi. in princip. ff. de transactio. Sed quid superflue in re clara proœmium pondero? cū ipsemet Leo affirmet in literis se præmissorum indiciorum intuitu gratiam illam a iure tam exorbitantem facere. Cum igitur prædicta verba proœmialia & alia clarè demonstrant contēta in eis fuisse potissimam causam concedēdi ei hunc accessum, consequens videtur si ea falsum continebant, gratiam quoque corruiere.

Prudentia anticipata in infante virtutis indicia esse.

Prudentia omnino necessaria ad bene viuendum.

Probatione rata in rescripto onus impetranti incumbere nisi iure præsumantur.

Papa narrati creditur ab alijs quæ Fræcis. cum gratiam suam per narratis fundat et ea facta fuerunt vel a se vel coram se, nō alias: etiā si motu scriberet proprio.

Intellectus Clem. i. de probat.

Necessitas autem probandi ea cōpetitori incumbit. Quoniam primo indicia virtutis in infante, prudentia est præueniens ætatē & anticipata. Illa est enim mater & fons omniū virtutū teste Urbano in c. Præsentiu. q. 5. & Clemēte. 5. in Cle. Pastoralis. ver. Verū. de re iudi. & c. primo coniuncta glo. de off. custod. Et Thomas receptus in prima Secundæ. q. 58. artic. 5. ait q̄ prudentiam omnino esse necessariam ad bene viuendum. At prudentia non inest nobis a natura, secundū eundem Thomam receptū in Secun. secundæ. q. 47. articulo 15. Imo iure præsumi eam homini abesse in infantia probatum est supra in exceptione sexta. Ergo illi qui allegat illam, incumbit onus probādi Præterea regul. est Ioann. Andr. c. 1. de litis contest. libr. 6. recepta per omnes ibi & Pan. & melius Card. & Felin. c. fin. de præsump. s̄ quod onus probandi narrata in rescripto incumbit impetranti, exceptis his quæ iure communi præsumuntur. Quæ exceptio est Panor. &, vt ipse ait, sua & noua in illo c. fin. nu. 5.

Non obstat primo, si dicas verbis Papæ narratiuis quando super illis fundatur gratia, credēdum esse per Cle. i. de probat. Quam & si Franci post concilium Basiliense à se repulerunt, Hispania tamē tota eam digno veneratur honore, & Papam in his literis narrare indicia illa, superque eis suam gratiam fundare. Nō inquam, hoc obstat. Quoniam primo responderi potest illam Clem. i. de probatio. procedere: quando Papa factum a se vel corā se narrat, secus quando alia, saltem si non scribit proprio motu secundum Cardin. & communē contra gloss. in illa Cle. & Aret. in c. Cum à nobis col. 3. de testibus. Imo & Bonifacius qui maturius omnibus alijs agit in d. Clem. col. 3. tanquam Prætorij Rotæ auditor testatur in vfu ibi haberi, vt de factis à se vel coram se tantū credatur Papæ, non autem alijs, etiam si motu proprio scribat. Quæ opinio verior videtur propter subtilem rationem Aretini in illo c. Cum à nobis. quam moderatio Felini discipuli eius. Cum ergo in nostro proposito Papa de facto alieno coram se non gesto testetur, neque scribat motu proprio, consequens videtur non efficere fidem. Secundo responderi potest a tunc demum locum esse illi Clementinæ, quando Papa ea quæ narrat asserit: secus quando ait sibi esse assertum, vt pulchrè declarat & probat Bonifacius

cuius in illa Clementina col. 3. versic. Quarto requiritur. In his autem literis non affirmat Papa, sed ait sibi affirmatum esse. Ait enim fide dignorū * testimonio id accepisse. Et in specie, quod verba huiusmodi proœmialia Papæ impetrantem laudantis non probent, tenuit ante nos Franciscus Naxarius à Ripa, vir vtrique doctissimus in libro secundo interpretationum. 35. respons. col. 1.

Non obstat secundo, si dicas, Probam in rubrica de vita & honestate cler. nu. 22. tractasse illam clausulam quæ quotidie in literis ponitur Apostolicis, scilicet, vitæ ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis & virtutū merita, super quibus apud nos fide digno cōmendaris testimonio nos inducunt, vt tibi reddamur ad gratiā liberales. Et deinde numero. 23. dixisse, non teneri executorem ad verificanda illa in illo proœmio contēta: Imo neque volentes probare contrarium audire debere. Quod ante ipsum Albericus affirmauit, in dictione Vita, & Compostellanus in c. Cum inter canonicos, sub finem de elec. Quod etiam Petrus Rebuffus vir ad amussim doctus asseruit in concordatis Gallicanis in forma mandati Apostolici in verbo, morum honestas.

Non inquam hoc obstat, quoniā fateor per eiusmodi proœmia neque per illam clausulam: si est idoneus, vel si est virtutis studiosus quod est fortius, nō dari formā vllam procedēdi executori, neq; præstitui ei necessitatem vllam inquirendi, vel verificandi contenta in proœmijs, vel sub talibus conditionibus per verba de præsentis conceptis, per doctrinam illam Innoc. communiter receptam in c. fin. de præsumptio. in princip. & gl. magnam in Clem. i. de offi. delegat. Quamuis secus res habeat quando per verba temporis futuri huiusmodi: si repereris idoneum, si virtutis studiosum inueneris, & id genus alia per Clemē. i. de concessio. præbēd. in princip. Quorum ratio illa est, quod priore casu instructionem cōtinent nō conditionem, posteriore vero gratiā efficiunt conditionalem: quod palā Albe. in illo verbo. Vitæ, docet, & Pan. communiter receptus in c. fin. col. pen. de præsumpt. n. 16. & alij quos. retulit probans Felin. ibi. col. 8. n. 29. vers. Tertia conclusio. Sed aliud est dicere, non teneri executorem ad verificanda prius quam conferat in proœmijs & huiusmodi conditionibus de præsentis contenta, neque teneri ad admittēdā probationē cōtrariā, aliud est dicere, illa nō debere esse vera. Prius fatemur cum his qui allegantur in argumento. Posterius autem negamus per superius adducta.

Neque placet, quod Petrus Rebuffus ait in præcitato loco, solum ad ornatum ea verba in proœmijs poni. Quia primo nullo autore id protulit. Secundo quia tacite iannuitur Papas. Quoniam illi ajūt

Proœmia bullarū Papæ non probant quæ cōtinent.

Clausula proœmialis vitæ ac morum honestas intelletus.

Proœmia bullarū & conditiones illas: si est idoneus & si virtutis studiosus, quod verbis temporis præsentis concipiuntur non conditionem sed instructionem inducunt.

Executor licet non teneatur verificare aliquam, neque contrariam probationem admittere: non tamen ideo illa nō debent esse vera.

Proœmia bullarū ad ornatū tantū poni, falsum.

se moueri ad faciendas gratias per contenta in illis procemijs. Quod tamen falsum esset, si ad solū poneretur ornatum. Tertio quod omnia præallegata de procemijs destruūt ipsius dictum. Quibus addi possent ea quæ Romanus scribit in consil. 180. Si admittimus col. 5. & Alexand. consil. 42. col. 5. lib. 1. & consil. 55. in princip. eod. lib. cum eo quod etiam tradit Ias. in l. Si pacto quo pœnam. sub finem. C. de pactis, & Gomesius in q. 1. de annali possessore. Quæ tamē veluti parum necessaria omitto. Quarto contra illum facit, quod e Papa transgrediendo suas leges sine vlla causa peccat, per c. Iustum est principem suis obtemperare legibus. 9. dist. Quod non solum ad honestatem, sed etiam ad iustitiam referendum esse Dominicus ibi iuste dixit. Nam quod habetur in l. Princeps ff. de legibus. principem solum esse suis legibus, verum est quoad vim coactiuam, non autem quoad vim directiuam. Verum item est quoad potestatem tollendi eam totam vel partem, vel eam quoad aliquem relaxandi cum oportuerit, nō autem alias, licet relaxatio teneret facta: peccaret tamē eam faciendo, secundum Thomam prima Secundæ. q. 96. art. 5. ad tertium. Non tantum quia suam legem trāsgreditur, quantum quia

Papa sine vlla causa trāsgrediendo suas leges peccat: nō tantum quia illas trāsgreditur quantum quia nō seruat illud: Patere legē quam inlevis.

contrahit illi legi naturali: Patere legem quam tuleris. Quam rem subtiliter & erudite de more iunior Thomas ibidem tractat. Quā etiā nos latē olim Salmanticæ, ibidem dum Decreti interpretandi munere fungeremur, confirmauimus. Quanquam Alexand. sibi quodammodo contrarius aliud dicere videri potest ibidem. Cum ergo in dubio princeps non sit præsumendus peccare, sicut neque quis alius l. Merito. ff. pro socio. Regula. Estote. de regul. iur. & data veritate eorū quæ in procemijs literarū Apostolicarū sedes Apostolica ponit, peccatum eorum excusetur, tā qua parte suas leges trāsgrediuntur; quā qua parte ipsi à mendacio excusantur: consequens est procemia oportere vera esse, vt gratia valeat. Quinto facit quod sic seruetur honor

Præmiorū veritas Papam à peccato excusat.

Sedis Apostolicæ quæ male fere vbiq; à multis audit, quod gratias bonas malis hominibus concedit. Eius enim honorē zelantes, quorum de numero ipse quoque sum & si minimus, respōdere solemus non sedem Apostolicam, non Roman. Pontific. sed quæ apud illam nutriuntur, harpias, precatores mendaces & improbos efficere, vt indignis multa concedant Romani Pontifices, quæ dignis negant, argumentoque esse procemia suarum literarum. Neque obstat tertio quod Innocen. in cap. Proposuit. de concess. præb. nu. 3. & 4. dixit peccatum impetrantis non efficere gratiam subreptitiam. Neque quod Pan. dixit in c. fin. de præsumptio. collationem beneficij à Papa scilicet indigno factam valere, quamuis collatio ab ordinario facta eo casu inutilis esset: non, inquam, hæc obstant. Nam fateor cum Innocent.

cent.

cent. e non omne peccatum impetrantis gratiam reddere subreptitiam. Sed ex eo non sequitur procemia, quibus Papa nititur, non debere esse vera. Fieri enim potest me vnum vel alterum vel plura commisisse peccata, & nihilominus me morum honestate & virtutum meritis ornatum esse. Siue quia virtutes non sunt connexæ, siue quia non ad illum sensum, vt quis non possit multarum virtutum opera efficere aliorum vitiorum opera exercendo, iuxta ea quæ late declaramus in cap. Fratres. nu. 92. de pœnit. dist. 5. Quod autem Panor. in illo c. fin. dixit, correxisse videtur in c. 1. sub finem. de re iudic. Quod etiam Feli. in illo c. fi. annotauit duobus validis argumentis ipsius dictum merito destruendo; col. 9. & 10. Pro quorum omnium confirmatione facit consil. 20. Cald. titul. de præben. Quod fere ad verbum repetitur in consilio 4. de accusat. Vbi determinat impetrationē mandati de prouidendo ab eo qui criminis infamia laborat esse nullam, & per consecutionem prouisionem illius virtute obtentam.

e Beneficij collatio ab ordinario peccatorifacita vt plurimum valida: facta vero diffamato virtute expectatiue inutilis & nulla.

Denique pro hac exceptione facit, quod etiam ipse Petrus Rebuffus, qui maximè, sed breuissimè contra nostram exceptionem allegari à competitore potest, subdit procemia vera esse debere: saltem quoad hoc vt eorum falsitas non reddat impetrantem inhabilem ad gratiam quæ fit ei. At procemium harum literarum & illa verba: præmissorum indiciorum intuitu, tale quid continent, vt eo existente falso inhabilis fuisset ad hanc gratiam competitor, per ea quæ multa in sexta exceptione adduximus.

EPILOGVS.

Habemus ergo primum, causam huius accessus concedendi finalem, vel certe talem quæ magnopere Leonem ad eum concedendum mouit, fuisse indicia virtutis, quæ in competitore infante adhuc resplenduerunt. Habemus item illa indicia nil aliud esse potuisse, quam prudentiam quandam, quæ Dei munificentia præuenit ætatem. Habemus eiusmodi indicia & prudentiam præsumi abesse homini in illa ætate. Quibus consequens est eū teneri ad ea probanda. Ergo nulla est competitori ab hac exceptione euasio, nisi eorum clara probatio. Quæ tamen adeo quibusdam videtur difficilis, vt contrariorum indicatorum ostensio videatur facilis.

Octaua exceptio.



Octaua exceptio quæ materiam c. Postulasti. infra eod. tangit est, quod competitor in prædictis literis vocatur scholaris: & ita oportet eum datæ literarum tempore talem fuisse. determinatio est Speculatoris in titu. de rescrip. præsentatio. §. Ratione autem impetrantis. vers.

f Expectatiua cuiusimpeccator vocatur scholasticus subreptitia nisi probetur id esse verum. Sed

Sed ubi scribitur. Quem probat ibi Ioan. And. in additio. & Pan. in c. fin col. 1. de præsumptio. Quod ratio manifesta probat. Quoniam ut in illo c. fin. ait Panor. facilius obtinetur gratia qualitate ipsa expressa per ea quæ notat Innocent. in c. Cum in cunctis. de electione. Et omne expressum, quo tacito gratia non fuisset obtenta, saltem ita faciliter, reddit has literas vitiosas. c. Postulasti. cum ibi annotatis per Hostiensem, Panor. & communem infra eodem. & per allegata in tertia exceptione. Facit quod Felinus ibi affirmat contra Do. Antonium in c. Literæ de dilationi. col. 2. scilicet gratia ad aliquod beneficium habendum impetratam, subreptiam esse, si falso dixit impetrator illud beneficium à se fuisse dotatum. Quod verum quidem est, non tamen id ibi dixit Do. Antonius, sed longe aliud, scilicet gratiam impetrantis secundum beneficium non esse subreptiam, ex eo quod falso dixerit primum quod habebat à se fuisse fundatum. Quoniam hoc superflue additum fuit. Nec quidquam videtur mouisse principem ad facilius concedendum. Cuius etiam decisionis ratio pro nobis facit si satis expendatur. Quandoquidem expressio illa, quod scholas iam frequetabat, non ex superfluo facta fuit. Imo illud multum mouit principem ad hanc gratiam concedendam. Ab hac item exceptione non potest competitor liberari: nisi se probet discrete iam in scholis cepisse tempore datæ huius accessus.

Nona exceptio.

NONA exceptio quæ huius capit. materiam tangit illius generis est, ut malim abscondere quam proferre. Eam tamen cum quam minimo potero competitoris dedecore tractabo, præfatus veniam, si quidem nolis offendo, quo ius meum defendam, alioqui nullatenus offensurus. Quamquam me non quidem ipse competitor, de cuius animi candore non male sentio, sed aliquot illius fautores ad oppositum faciendum laceſiuerint verbis parum se dignis, meo vero in Lusitanos omnes animo indignissimis. Sed absit, ut malum pro malo rependamus. Præter item, me nil de ijs quæ competitori nunc opponam præter auditum habere, illum tamen a fide dignis. Non enim mihi licuit competitorem videre, vel alloqui quo eum viderem, ut ille aiebat.

Nona igitur exceptio est, quod competitor tempore quo hæc Cantoria vacauit, & ita tempore quo suus accessus sortiturus erat effectum (absit verbo iniuria; dolens enim effero) mente captus & demens erat. Quod ipse quidem, ut dixi, nescio, sed ex his quæ de illo affirmantur facile posse probari video. Primo enim publica id ha-

^a *Mente captus primo quem fama publica talem facit.*

bet fama, quod sufficit ad probandum quem esse furiosum vel mente captum, secundum Alexandrum in consil. 3. lib. 7. & consil. 54. lib. 1. n. 3. post Baldum, quem refert & sequitur in §. Item furiosi. instituit. quibus non est permitt. fac. testa. Cuius lectio in illo §. deest meo libro. Alexandrum sequitur Decius etiam in consil. 86. num. 7.

^b *Mente captus secundo qui apud cognatos pro tali habetur.*

^b Secundo, quod competitor apud cognatos suos habetur mente captus. Quod sufficit ad probandum ipsum esse talem, argumento. l. Octau. C. unde cognati, & tradunt Alexand. & Decius in prædictis consilijs. ^c Tertio, quia dicitur nescire exprimere quid velit dicere. Quod sufficit ca. 1. §. Si vero. de cleric. ægrotant. lib. 6. Vbi hoc annotant Dominicus & Perusinus. & Alexander in dicto consilio. 3. & 7.

^c *Mente captus tertio qui mente concepta nescit efferre.*

^d Quarto quia dicitur non habere memoriam ordinatam, sed confusam. Quod sufficit. c. Filij. de hæretic. lib. 6. ibi: Qui non sit sanæ mentis & memoriam habeat ordinatam. Quod ibi Dominicus & Perusinus annotarunt, & tradit Decius consil. 448. Vis tota num. 2. Quamquam arbitrator non quamcunque malam memoriæ ordinatio nem ad hoc sufficere, sed notabiliter confusam. Per quod tolli posse videtur scrupulus Alexandri in dicto consilio tertio & septimo, si-

^d *Mente captus quarto cui memoria notabiliter est confusa, vel mentis hebetudo valde notabilis.*

cut neque omnis ingenij hebetudo & tarditas mente captum arguit. Quod Decius affirmavit in illo consilio. 122. col. 1. At competitoris memoria notabiliter multum dicitur esse confusa & inordinata. Par quoque mentis hebetudo fertur ei esse. Igitur propositum. Quinto quod ^e competitor minus apte rationes & verba sui sermonis concinnare dicitur. Quod arguit quem esse fatuum & mente captum cap. legimus in Isaia, fatuus fatua loquitur. 93 dictio. Quod gloss. 1. ibi annotauit expressa & recepta. ^f Sexto, quod qui eius curam gerunt absconditum eum tenent & nullum fere ad colloquium ipsius admittunt. Quod est veluti continere illum carcere. Quod Alexand.

^e *Mente captus quinto qui rationes & verba inepte concinnat.*

in. l. Si cum dotem. §. Si maritus. ff. solut. matrimo. aiebat sufficere ad probandam dementiam. Imo & quotquot admittuntur, ut audio etiam amicissimi de illius mentis inopia testantur. Facit, quod tempore multo hac de causa non permittebatur competitor adesse Vlyssipponensis ecclesiæ capitulo cuius erat canonicus. ^g Septimo quod datus est ei bonorum curator. Quod sufficit ad probandum ipsum esse mente captum. Quod in specie tradit Philippus Corneus consil. 21. Visa repudiatione. lib. 2. num. 1. & consil. 216. In causa vertente.

^f *Mente captus sexto quem abscondunt & veluti in carcere tenent qui eius curam gerunt.*

num. 1. & Decius consil. 86. num. 7. Facit, quod ait Salicetus in. l. Cum te. C. de probatio. col. final. & Imolens. consil. 23. ^h Quod arbitrator in causa fuisse quare Baldus in illo cap. Cum adeo. num. 10. de rescriptis mirabiliter sentit Romanum Pontificem cum eo cui bonis interdictum est dispensare non posse, ut habeat beneficium. Ait enim

^g *Mente captus septimo cum ob mentis inopiam datur cura tor, vel bonis interdicitur.*

^h *Beneficium Papa etiam scienter non confert ei cui est bonis interdictum. Quia enim non potest*

enim non potest

dispensare. Quia id fa- cere esset contra ius natura, non mutata na- tura quæ nunc est be- neficiorum ecclesiasti- corum.

Dispensare videtur Pa- pa hoc ipso quod scien- ter efficit aliquid cõ- tra iura, nõ autem ordi- narius qui sine causa cognitione id facit.

Clauſula: ſupplēs de- fectus, non extenditur ad natura- les.

Iuris natu- ra nulla dis- pensatio si- ue indulgē- tia huma- na.

Furores ex- ceptio ele- cto in Papā obijcitur.

Furiosus & mente cap- tus paros.

enim Papæ conferenti scienter prodigo & ei cui bonis interdictum est non esse obediendum. At communis & recepta est sententia, Pa- pam dispensare videri, quatenus potest, quoties promouet aliquem scienter contra iura, secundum Innocentium in c. Diuersis fallacijs. de cleric. coniugat. & Bartolum in l. Barbarius. ff. de offic. prætor. nu. 12. per l. Quidam consulebat. ff. de re. iudicat. & alia multa quæ con- gerunt & Decius. in cap. Cum inter. de exceptio. & in c. Ad hæc. in- fra eod. licet in inferiori contra sit dicendum, nisi cum causæ cog- nitione procedat, vel verbis vtatur dispensatorijs, per id quod annota- uit ipsemet Innocen. in c. Veniens. de filijs presbyter. Quod ita de- clarat Hostiensis. Quem ibi sequitur Pan. in illo cap. Diuersis. & Pa- nor. in c. Cum in cunctis. §. Inferiora. col. penul. de electio. & idem Bartol. vbi supra, quodque communiter receptum est. Cum ergo Baldus dicat non esse obediendum Papæ scienter conferenti prodigo & bonis interdicto beneficium, consequens est, eum sentire non posse in hoc Papam dispensare. Et ratio videtur esse. Quia is cui bo- nis interdictum est pro furioso habetur ad beneficia ecclesiastica gubernanda. Pro Baldo facit quod ipsemet Baldus ait in l. Bonorum 2. nu. 4. C. qui admitt. s. contra defectus iuris naturalis non cadere dis- pensationem. Allegat Innocent. qui hoc sentit in cap. Sciscitatus. de rescript. Quem sequitur Felin. ibi. nu. 4. Facit & dictum Hostiens. communiter ibi recepti in cap. 1. de transactionib. & in c. Cenoman- nensem. §. 6. dist. & alibi sæpe, clausulam: Supplentes omnem defe- ctum. non purgare tales defectus. Et gloss. memorab. in princip. di- stinct. 5. dixit in ius naturæ nullam cadere dispensationem huma- nam. Quam ibi olim late probabamus intelligendo de vera dispen- satione iuxta Thom. prima Secundæ. q. 100. artic. 8. & Parisiens. in Tertio. distinct. 37. q. 10. At contra ius naturæ est, quod beneficium conferatur furioso, extante saltem natura quæ nunc est beneficiorū ecclesiasticorū, per ea quæ in exceptione sexta citauimus. Ultra quæ facit. c. Indecorum. de ætat. & qualit. ibi discretionem præeminente. Et quod quamuis electo in Papam à duabus Cardinalium parti- bus nulla exceptio possit opponi per cap. Licet. de electio. exceptio tamen furoris opponi potest secundum Antonium ibidem. nu. 28. à Panor. & alijs posterioribus receptum. Nam quoad propositum & alia proposito similia, de illo qui suæ mentis compos non est perin- de iudicamus, ac de quadrupede. l. Sed & si quemcunque. §. Igitur. ff. ad leg. Aquil. Ideo Bonifac. in Clem. 1. de homicid. num. 5. docte dixit, collationem beneficij furioso factam pro infecta haberi. Et ne dicas aliud in furioso, aliud in mente capto, considera quod mente captus & furiosus exæquantur. l. 2. & ibi Bald. C. de curator. furio.

furio. text. coniuncta gloss. in verb. extra mentem. cap. Sicut. de regu- lar. textus iuncta gloss. in §. Præterea. Institut. quibus non est permis- sum facere testa. & §. Furiosus. Institut. de curato. & §. Et hæc diximus Authent. vt hi qui oblig. se colla. 6. quem in hoc dixit sing. Bald. in l. Sed & milites. §. Qui autem. ff. de excusa. tuto. Tradit Alexander cõ- sil. 3. Ad quæsitum. num. 2. lib. 7. Quod ad verbum repetitur in con- sil. 54. lib. 1. & Decius consil. 112. In præfenti. & in consil. 397. Vifo puncto. num. 1. & Imol. in l. Ex facto. ff. de vulgar. nu. 17. & 18. & Phi- lippus Corneus in consil. 22. Visis nu. 7. parte. 4. ° Nam mente cap- tus est genus ad eum qui patitur sæuam & veluti rabidam demen- tiam, & ad eum qui quietam patitur mentis alienationem, vt decla- rat Baldus in l. Humanitatis. num. 15. C. de impuber. & sentit in l. Si furioso. C. de nupt. & eleganter tradit Philippus Corneus consil. 116. num. primo vol. 3.

Habemus ergo hætenus primo, competitorem videri, quod dolēs refero, mente captum fuisse tempore quò Cãtoria hæc vacauit. Ha- bemus secundo, paria esse quem mente captum esse, vel furere. Ha- bemus & tertio, furiosum incapacem omnino esse beneficiorū. Re- stat ostendere quarto, sufficere ad excludendum accessum com- petitoris, quod ille huiusmodi dementiam patiebatur tempore vaca- tionis prædictæ Cãtorix: etiam si antea non laborasset illa. Quod fa- cile fiet per sequentia. Primo, quia quoad capacitatem. impetran- tis & habilitatem tempus acquisitionis beneficij attenditur. cap. Ei cui. de præbend. lib. 6. Facit Clement. Si de beneficio. de præbend. & cap. Cum de beneficio. & cap. Is cui. eodem titulo. lib. 6. Facit, quod communis opinio, quæ habet, quando in impetratione committi- tur subreptio, tempus datæ attendendum esse per cap. Si eo tempo- re. de rescript. lib. 6. non intelligit tempus collationis non esse atten- dendum, sed quod tunc non sufficit habilitatem cum collatione concurrere, nisi etiam cum impetratione concurrisset, licet alias satis esset tempore collationis habilitatem adesse. Quod clare sentit Panormita. in capit. Dudum. 1. nu. 8. de election. in illis verbis: Satis est. & in capit. Dilectus. 2. num. 8. in ijsdem verbis: Satis est. Fa- cit quod in conditionali dispositione tempore conditionis adimple- te habilitas requiritur. l. Eum qui post. ff. de conditio. & demonstrat. l. Interuenit. ff. de leg. præstand. l. Si deportati. in principio. ff. de leg. 3. l. Non oportet. ff. de leg. 2. Selectus in hoc text. l. Si alienum. §. 1. ff. de hære. insti. & §. In extraneis. Institut. de hære. quali. l. Si cognatis. ff. de reb. dub. At gratia omnis expectatoria beneficij conditionalis est, vt supra in præludijs dictum fuit cum Rota in decisione. 857. Urbanus. in antiquis, & cum Cassad. decis. 3. de præb. Facit quod Oldr. conf.

Mente cap- tus genus: furiosus & demēs quie- tus eius spe- cies.

Furor vel amentia im- pedis esse- ctum expe- ctatiua, si quo tempo- re illa est e- xequenda in- cidat.

Capacitas beneficij tẽ- pore acqui- sitionis & collationis adesse de- bet: etiam quando tẽ- pore qua- que impe- trationis ad- esse oportet.

Conditionis impletæ tẽ- pore habilitas acquisi- tui requi- ritur.

58. Quidam, & Ioann. Andr. affirmant valorem beneficij, qui tempore collationis erat, attendendum, & non qui tempore datæ: cum queritur, an beneficium sub expectatiua comprehendatur. Faciunt multa quæ attingit Cassador in decisio. 3. de præbend. Facit^s quod vt electus confirmari possit vel præsentatus institui, non solû oportet ipsum tempore electionis vel præsentationis habilem fuisse. c. Dudum. 1. de electio. sed etiam tempore confirmationis, vel institutionis, argumento eorum quæ habentur in: c. Super his. de accusatio. & est textus in hoc memorabilis in. cap. Vt circa. de electio. lib. 6. §. Alioqui. in illis verbis. Nisi aliquid postea emerferit. Quibus. gl. addit: vt si de nouo homicidium cõmiserit. A prus in idem textus in. c. fin. de iureiur. lib. 6. quod habet, repellendum esse electum, qui positiones contrarias super electionis negotio post iuramentum præstitum est confessus. Ecce, quod repellitur à confirmatione electus propter peritium post electionem & ante confirmationem admissum. Addo. apertissimum in hoc textum: in cap. Nulli. de electio. lib. 6. Quod in illis verbis: Nisi ex superuenientibus. probat facilius opponi posse contra electum crimina & defectus quæ post electionem superuenerunt, quàm quæ illam præuenerunt. Facit, quod qui disputant, an quis tempore electionis vel præsentationis debeat esse idoneus, nullatenus dubitant neque disputant, an tempore confirmationis vel institutionis habilis esse debeat, habentes illud pro indubitato, eo quod tunc ius in re quæritur, vt patet ex his quæ scribuntur in cap. Dudum. de electio. & in cap. Super his. de accusat. & alijs. cap. proxime allegatis. Facit, quod communis habet opinio, excommunicatum posse acceptare beneficium sub suam expectatiuam cadens, vt habetur in decisio. vltima Rotæ in antiquioribus, & in decis. 126. in antiquis: Nota quod excommunicatus. Attamen illud acceptatum non potest ei conferri ante solutionem. cap. Postulastis. de cleric. excommunic. minist. tradit Rota in decisio. 33. Nota quod excommunicato. in eisdem antiquis. x A deo quidem, vt Petrus vir ad amulsim doctus determinauerit in titul. de pacif. possess. n. 205. eum non gaudere priuilegio de triennial. possess. qui titulo excommunicationis tempore quæsitio beneficium triennio possedit. Quæ tamè determinatio nobis non videtur vera, per ea quæ doctissimè ac peritissimè tradit Gomecius super illa regul. q. 27. & q. 28. Quoniam licet huiusmodi excommunicatus careat titulo colorato ad alios iuris communis effectus, non tamen caret quoad effectum illius regulæ. Et ita licet quoad propositum eius determinatio Petri non sit vera, planè tamen seruit nostro.

Non obstant. c. Scripsit. c. Cum percussio. cum duobus capit. sequenti.

^s Electum nõ solum electionis tempore, sed etiam confirmationis oportet esse habilem.

^t Capacitate oportere ad esse tempore collationis non dubitant disputantes an oporteat esse tempore impetrationis.

^u Excommunicato non potest conferri beneficium licet acceptare possit.

^x Excommunicatus non quarit coloratum titulum quoad alios effectus, sed quoad regulam de trienniali possess. sic.

quenti. 7. q. 1. & cap. fin. de cleric. ægrot. quæ habent, propter ægritudinem vel irregularitatem sine culpa superuenientem beneficiario, non perdere illum suum beneficium, neque debere illo priuari. Quin & de amentia superuenienti casus est in capit. 1. de clerico ægrot. lib. 6. Non, inquam, hæc obstant. Quoniam solùm procedunt in eo cui ius in re quæsitum erat in beneficio, non autem in eo cui tantum ius ad rem ac spes quædam, qualis per hunc accessum, si alioqui validus fuerat, fuit competitori quæsitæ, vt in præludijs est dictum. Sicut in simili, ægritudo vel furor superueniens matrimonio cõtracto & perfecto, non dissoluit illud. c. Quoniam. de coniugio leproso. lege Patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. sponsalia vero, quibus ius ad rem assimilatur, per superuenientiam lepræ, furoris & id genus aliorum, dissoluuntur. c. Quemadmodum de iureiur. Et vltra ea quæ supra citauimus ad probandum, quod ius ad rem expirat per inhabilitatē, est decisio expressa Petr. Rebuffi, viri vtique doctissimi in concordat. de mandat. A post. verb. prosequentes, quatenus ibi ait, eisdem modis finiri madata, quibus nominationes. Et postea in tractat. de nominat. q. fin. in vers. 4. sic ait. 2 Quarto finitur nominatio, quando nominatus vel graduatus efficitur inhabilis vel irregularis: quia etiam sic perditur mandatū. Quod ipsum tradidit antea Petrus ab Ancha. cons. 58. Circumscriptionis. vbi ait, tertium modū finiendi mandatū esse, si persona inhabilis fiat aut indigna. Quod ante illum sensit Ioan. Andr. in. c. Inter dilectos. col. 4. de excessib. prælator. & ante illum Inno. ibidē. nu. 5. Quæuis ille de illo madatario agat, qui tempore impetrationis irregularis erat. Sed Ioa. Andr. id nõ aperit. Et merito, meo iudicio. Quia si impetrans irregularis erat tempore impetrationis madata, gratia fuisset subreptitia & nulla à principio, argumento. c. Si eo tempore. hoc tit. lib. 6. Ex quibus videtur haberi pro comperto, a per inhabilitatē superuenientem, si perpetua est & indelebilis, expirare expectatiuam gratiam: per eam vero quæ temporalis est, saltem sopiri & inefficacem reddi pro eo tempore quo inhabilitas illa durat. Quæ nostro proposito sufficiunt. Quoniam inhabilitas quam cõpetitori ex aliorum testimonio obijcimus, perpetua est, vel si non est perpetua, quæ ne sit, ex animo Deum Opti. Maxi. oramus, inerat tamen ei, quo tempore is accessus suum erat sortiturus effectum.

Vtile tamen ac quotidianum dubium esse arbitror, an illa inhabilitate temporali de medio sublata, reuiuiscat expectatiua. Et puto primò, non reuiuiscere, quãdo per illam inhabilitatem renunciatio tacita expectatiuæ resultat, per illam Cle. Gratia. de rescript. Vbi habes pulchrum exemplum. b Quale potest dari etiam in matrimonio per verba de presenti cõtracto, secundum gl. mihi singul. in. cap. 1.

^y Ius ad rem perditur per amentiam & alias inhabilitates sine culpa superuenientes: nõ tamen ius in re.

^z Mandatum de prouidendo perditur propter irregularitatem superuenientem.

^a Expectatiua expirat per inhabilitatem superuenientem si perpetua est: sopitur autem si temporalis.

^b Expectatiua per matrimonium cõtractam perit: neque per dissolutionem eius reuiuiscit: non tamen idem est de sponsalibus.

verb. clericalis, de cleri. conuugat. lib. 6. Quam ibi Io. And. Dominie. & Perus. cum communi sequuntur, quamuis non sit idem de sponsalibus, secundum Rot. decis. 36. Si impetretur. in nouis. Potest etiam poni exemplum in quolibet alio actu clericatui omnino contrario; quod Calder. col. 4. & Cardin. q. 1. cum And. Sicul. in. c. Mandatum. infra eodem affirmare videntur. Secundò vero puto, per inhabilitatem temporalem superuenientem, si est de lebilis facile, qualis est excommunicatio vel suspensio, non penitus perimi expectatiuam gratiam, sed tantum sopiri & dormire illa durante quoad collationem: quamuis non quoad acceptationem, argumento eorum quæ clare colliguntur ex illis decisionibus præallegatis, scilicet vltima in antiquioribus & 126. & 363. in antiquis. Tertio puto, maius dubium esse de irregularitate alia, per quam non inducitur regulariter tacita beneficii renunciatio, neque eius perditio ipso iure, secundum Innoc. ab omnibus receptum in. c. Cum nostris. de concess. præbend. Pro quo est casus in. c. Clericis. ne cleri. vel monachi. & c. vltimo de cler. ægrot. cum ei annotatis. a Et in præsentia puto perdi. Primò propter prædictorum autoritatem. Secundò propter decisionem gl. memorabilis Cle. Gratia. de rescript. supra in exceptio. 4. relatam, scilicet ius ad beneficium per beneficii cuiusque illis repugnantis adeptionem perdi: cum tamen ius in beneficio non perdat per quamcunque talem, vt ibi latius diximus, & latius tradidimus in. c. Referete. de præbend. anno superiore. Tertio propter illa consilia Calder. supra in septima exceptione relata. Quarto, quod Ioan. And. Anto. Card. & Imol. in. cap. Ex parte. de cleric. ægrot. diffinierunt, eum qui adhuc sperat & petit aliquid iuris spiritualis, si antequam illud perfecte assequatur inhabilis fiat, etiam ob morbum corporalem, repellendum esse. Qua ratione affirmant illud mirabile, scilicet electum & confirmatum in episcopum & nondum consecratum repelli posse ab episcopatu: si ante consecrationem fiat inhabilis. Et quamuis Panor. solus non audeat penitus hoc affirmare de illo confirmato, qui sine culpa incurrit inhabilitatem: affirmat tamen de illo, qui sua culpa in eam incidit. Si ergo tanta grauitate ac eruditione patres ausi sunt dicere hoc de confirmato cui iam est ius in re quæsitum: capit. Transmissam. cum ibi annotatis. de electio. capit. Super his: de accusat. ea ratione; quod adhuc restat ei aliquid quærendum, dic mihi, te rogo, qua fronte ipse audebo dicere non esse repellendum eum, quæ solum ius ad rem habet per expectatiuam quæsitam? Cum primò ius ad rem leuius, quàm ius in re tollatur, vt supra est dictum, & tradit Io. Mo. & post eum Probus, qui alios citat in. c. Si pauper, de præb. li. 6. Et secundo ius per expectatiuam quæsitum non sit tam

Irregularitas omnis non inducit renunciatio nē beneficii.

d Expectatiua expirat per irregularitatem superuenientem, nec illa sublata reuiviscit.

e Electus & confirmatus repellitur ab episcopatu, si ante consecrationem fiat inhabilis.

f Ius ad rem facilius, quàm ius in re perdit: & ius expectatiua eo exosius quo specia-

fauora-

fauorabile. ac ius per electionem habitum: imò tantò magis odiosum & extraordinariū, quanto specialior est illa & magis ad ius in re accedens. c. 2. iuncto. c. Constitutus. de concess. præbend. Quare omnibus habentibus expectatiuas, qui in aliquam irregularitatem vel inhabilitatem obtinendi beneficia inciderunt, etiam atque etiam consulo, vt quando impetrauerint dispensationem super irregularitate, meminerint quoque suarum expectatiuarum, & quatenus opus est, earum petant reualidationem. Quod videor mihi vidisse pridem factum in quadam dispensatione super irregularitate homicidij è Curia delata. Quod si non fecerint, quamuis alia via beneficia illis sperare ac habere liceat eis, difficile tamen fuerit eos per illas expectatiuas aliqua consequi per prædicta. Quæ nullibi sic videas discussa. Ex his facile quis inferat, quàm neruosa sit hæc exceptio nona, & quam ineuitabilis cōpetitori, si vera sunt quæ palà de ipso narratur.

g Expectans cui superuenit irregularitas, meminit renouare expectatiuam quando abolitionem irregularitatis petierit.

Decima exceptio.



Decimam exceptionem opposituri, præfamur veniam summam nostrorum, tum sacrorum, tum profanorum, si qua in illa, & in ea quæ sequetur vndecima, protulerimus, quæ illorum minus circumspectam in ordinandis clericis & distribuendis sacerdotijs curam, ne dicam socordiam, arguerint. Præfamur item veniam mediocrium & infimarum, si qua retexerimus, ob quæ meritò verecundia suffundantur multi, qui literas parui æstimantes, alij nobilitate, alij diuitijs, alij potentia & fauore, nonnulli etiam arte Pelasga & fraude nituntur ad cumulanda sibi, cum parua, tum verò magna & summa sacerdotia. Deum enim Opt. Maxim. Iesum, cuius illa sunt patrimonium, testamur, nulla nos inuidia maiorum, nullo æqualium odio, nullo minorum contemptu ad id moueri, sed volentes nolentes causæ nostræ defendendæ necessitate ad id trahi, operæ precium arbitantes, si obiter occasionem dederimus, quo summates bonorum cōmunis omnium domini Christi distributores mali, boni, segnes, gnaui; boni, se meliores fiant; mediocres vero & infimates superbi, fiamus modesti, & impudentia nostra cum improbitate generosæ verecundiæ cedat. Decima igitur exceptio quæ tangit materiam capit. Cum adeo. infra eod. quæque quintuplici agmine gratiam competitoris inuadit, illa est, quod in omnibus literis ad beneficia datis vel expressè ponitur, vel subintelligitur conditio illa: Si dignus est is cui dantur. dict. cap. Cum adeo. coniuncta gloss. fin. Quæ ait ita, clausulam hanc, etiamsi non exprimat subintelligi: sicut illa: Si preces veritate nitantur. cap. 2. supra eod. Et ideo clausula hæc expressa

Beneficiorum sue sacerdotiorum distribuendorum incurria, & petitionis improba reprehensionista cita venia petitur.

Beneficia rursus literis vel expressè inseritur, vel tacite inest clausula: si est dignus impetrans: qua instruit exequantorem non suspendit gratiam.

C 2

pressa

pressa non efficit gratiam conditionalem, neque suspendit: quia potius est quædam instructio, quam conditio, secundum Innoc. receptum in c. fin. de præsumptio. & gloss. omnibus receptam in Cle. 1. de off. delegat. Ergo in his literis competitoris quibus illi fit facultas, ut cedente vel decedente Ludouico, liberè hanc Cantoriã accipiat, subintelligenda est clausula illa: Si dignus illa fuerit. ^h At is inuenitur ea indignus propter quinque; videlicet amētiam, imprudētiam omnimodã, prudentiã iustã defectũ, omnimodã literarũ ignorantiã, & scientiam illarum minus sufficientem: quorum primum in exceptione præcedenti est tractatum, & duo postrema in sequenti tractabuntur. Est ergo indignus primò, propter amentiam, ut in exceptione præcedenti nota est dictum. Secundò, propter omnimodum prudentiã defectũ; quoniam ille fugat omnimodam grauitatem morum, quæ necessaria est per c. Cum in cunctis. de electio. Nam grauitas morum ex animi virtute nascitur. c. fin. 4. i. dist. Et nulla virtus animi sine prudentia esse potest, ut probat Thomas receptus in prima Secundæ. q. 58. art. 7. Et prudentia non potest esse in amente. l. Sed & si. §. Igitur. ff. ad l. Aquil. & l. Humanitatis. C. de impuberũ & alijs substit. Ergo si competitor amens est, nulla ei morum grauitas esse potest. Et si contenderis, non posse dari omnimodam imprudētiam sine amētia, & ideo has duas causas in vnam coalescere, tecum ego non contēdam. Satis enim mihi est, diuersos esse respectus ob quos amēs quis dicitur & omnino imprudens, ad hoc ut duæ dicantur causæ, licet fortè subiecta diuersa non sit c. A collatione. de appell. lib. 6. c. Cum in ecclesijs. de præb. cod. li. l. Patris & filij. ff. de vulgar. Tertio, indignus est hac Cantoria competitor, propter prudentiã sufficientis defectum. ⁱ Quoniam non omnis prudentia quæ sufficit ad peccandum vel bene de Deo in aliquo casu demerendum, est idonea beneficio ecclesiastico, habenti præsertim annexũ regimẽ aliquod spirituale ac temporale, quale Cantoria hæc habet. Casus est in c. Ex ratione de ætat. & qualitate: quod habet, pueros etiã illos, quibus per indulgētiam licet habere ecclesias, non posse tamẽ habere illarũ administrationẽ. Casus est item aptior in c. Indecorũ eo. titulo. Primò in quantũ habet, indecorum esse ut hi regant ecclesias, qui se regere nõ nouerunt. Et quãuis aliquis habeat prudentiam peccãdi, vel bene corã Deo agendi, nõ continuo sequitur, habere illũ prudentiam se ac ecclesiam regēdi. Secundò probat illud c. hoc, quatenus ait, eos esse ad regimẽ ecclesiarũ eligēdos, qui discretionẽ præeminēt. Non ergo qualis qualis discretio, de qua in c. Omnis vtriusq. sexus. de pœnitēt. sufficit ad hoc, sed quẽdã maior. Tertio probat hoc illud. cap. quatenus ait, propter discretionis defectũ non esse pueris cõmittēdos personatus. At pueri discretionẽ habent

^h Beneficio in
inhabile est
quintuplex
hominum
genus, scilicet
amētēs
omnimodo,
imprudentes,
minus
iusto prudentes,
penitus
literas ignorantēs,
&
minus iusto
illas callentes.

ⁱ Beneficio
ecclesiastico
habendo
non sufficit
omnis prudentia,
quæ
ad peccatũ
vel meritũ
est satis.

habēt ut plurimum sufficientem ad offendendum etiam capitaliter Deum, ut habetur in c. 1. & 2. de delict. puero. & in prædicto c. Omnis. ibi: Ad annos discretionis peruenerit. adiuncta omnium doctorum interpretatione. Sed quid omitto verba illa Gratiani aurea, quæ sunt initium dist. 36. videlicet: Oportet ordinandum esse prudentem? Quod contra eos notandum est, qui sub nomine simplicitatis excusant stultitiam sacerdotum. Ergo licet competitor non esset omnino amens, sed haberet qualemqualem prudentiam: & ita quamuis non esset omnino virtutis & bonorum morum expertus, sed haberet aliquantulas virtutes, pueriles valde & infirmas, indignus haberi deberet hac Cantoria, quam qui rectè rectorus est, virtutem non qualemqualem, sed masculam profectò & constantem habere oportet, & non qualemqualem prudentiam, sed egregiam: quoniam regimẽ omnium officiorum diuinorum, tam intra, quàm extra chorum incūbit ei, quò ad quæ omnia, etiã decano ipsi ecclesiæ præest. ^k Ille namque regit chorũ, ille silentium indicit, ille cantum cõponit, ille risus cohibet & colloquia, ille curat ne quis in psallendo nimium festinet, vel tardet, ne versus alter ante alterius finem incipiatur, ipse capias & scepra partitur, & alia id genus multa facit. Imò & decano absente ille præest capitulo, & negocijs in eo tractandis: quæ sunt adeo multa & magna, ut eis proponendis & aliorum sententijs ut patet est colligendis & resoluendis vix ambidexter sufficiat. Quin & quando decanus adest, ille post eum primus in omnibus negocijs fert sententiam. Quæ omnia nisi vir prudens & grauis facere profectò nequeat sine aliorum scãdalo, vel diuina offensa. ^l Quanta vero prudentia in hoc sit opus, iudicis arbitrio est relinquendum, ut eleganter determinabat And. Sicul. in consil. 34. Præclare. nu. 39. vol. 2. Quemadmodũ & quanta scientia sit in quouis beneficio necessaria, secundum eundem ibidem Bonifac. in Cle. 1. de ætat. & qualit. ut in quinto sequentis exceptionis articulo dicemus. At nemo, etiam amicissimus competitori, est, qui quamuis neget eum esse penitus amentem, arbitretur idoneam eum habere prudentiam ad ea quæ prædicta sunt subeundum, disponendum & ordinandum. Ergo ex capite defectus sufficientis prudentiæ, est etiã hac Cantoria indignus, præsertim quod nulla spes est iam maioris prudentiæ quærēdæ, propter ætatẽ senectuti propiorẽ, quàm adolescētiam, ut palam est intuenti rē fati & cõtēplanti. Postremò, non omitteremus hic duo huic rei accommodatissima. Alterum est illud singulare exordium Gratiani. 39. dist. quod habet, primò sacerdotibus regimen temporalium habentibus, ^m non solum literarum scientiam, sed etiam negociorum secularium peritiam esse necessariam. Secundò habet, quendam in episcopum electum à

^k Cantoria
Conimbri-
censi quæ
quanta &
qualia in-
cumbunt.

^l Arbitrio iudicis
relinquitur, quanta
prudentia
sit beneficiario
necessaria.

^m Scientia sine
prudentia
rerum
agendarum
non sufficit
episcopo, ne
quæ alijs
dignitatibus
ad regendũ
alios instituitis.

Beato Gregorio propter ipsius simplicitatem fuisse repulsum. Quod mox probat subiectis verbis Gregorij in cap. De Petro. Ponderemus viri ornatissimi ibi esse casum nostro proposito accommodatissimum, si, quod aliqui amici competitoris aiunt, non est ille omnino amens, sed simplicissimus. Audis enim illum episcopum à Gregorio non pro amentia, non pro ignorantia, non pro malitia, sed pro simplicitate nimia fuisse repulsum. Et ponderemus fuisse repulsum ab electione iam de illo facta, & ita post ius ad rem in dignitate quaesitum. Quid potest accommodatius nostro proposito citari?

ⁿ Cum præsertim ius ad rem per electionem quaesitum, firmiter sit longè ac nobiliter iure ad rem per expectatiuam gratiam quaesito, ut colligere est ex decis. Rot. 244. Licet. coniunctis quæ dixit Do. in c. Quam sit. de elect. lib. 6. & Io. An. in c. Si postquam. de præb. & Fel. in c. In nostra. col. 28. de rescr. Quamuis fateor, ius ad rem per accessum, regressum & coadiutorias cum futura successione quaesitum, fortius esse multò, quàm ius ad rem per alios modos expectandi habitum, per ea quæ tradit Gomefius in. q. 1. super regula de non tollè. iur. quæsi. Et ne dicas illum, textum de episcopo agere, allego c. Episcoporum. 74. dist. quod in illis verbis: Propter simpliciorum naturam. secundum gl. & communem, probat etiam ab archidiaconatu repellendum quem propter simplicitatem. Et ne rursus dicas, illos textus agere de illo qui eam simplicitatem habebat quando fuit electus, & ita quando ius ei ad rem quaerendum erat: cõsidera primò, quod competitor maiorem simplicitatem habebat, quando is accessus fuit ei concessus. Secundò considera, quod ille textus non aperit, an simplicitas præuenisset, an consecuta esset electionem. Tertio considera, quod licet ei qui prudentissimus tempore electionis erat, superuenisset eiusmodi simplicitas ob aliquam fortè ægritudinem vel percussione, quod frequens est, fuisset à confirmatione repulsum ac si electionem præuenisset, secundum ea quæ supra in nona exceptione citauimus.

Et ne fortè instes, Leonem super illa simplicitate dispensasse, considera primò, fortè illum hoc facere non potuisse: quia contra ius esset naturæ, per ea quæ in nona exceptione & sexta diximus. Secundò considera, cum quoad summum dispensasse quidem quoad expectatiuam quærèdam in infantili ætate, dispensasse item quoad tenendam hanc dignitatem in puerili ætate; ut si, eo existente in ea, dies accessus celsisset & conditio adimpleta fuisset, suffecisset illi adesse prudentiam puerilè alijs cõmunè. Quoniam expresse disponit, ut eo casu hanc Cãtoriam cõpetitor in ea ætate acquireret. Quæ dispensatio licere potuit propter spè futuræ prudentiæ, quã se habere Leo, cum

eum hanc gratiam faceret, fatebatur, iuxta dictum singulare Inno. in c. Cum in cunctis. de elect. verb. scientia. ^p Quoad virilem autem ætatem nullatenus dispensauit, imò contrarium clarè in suis literis significat, cum dicit, se gratiam illam ideo facere competitori etiamnum infanti. Quia relatione fide dignorum accepit, talia indicia futuræ virtutis in eius infantili ætate apparere, ut meritò speraret eum in virum egregium euasurum. Cum igitur ipse tempore acquirendæ huius dignitatis, & quando dies accessus celsisset & conditio impleta fuit, aut amens fuerit inuentus, aut certè simplicissimus & sine prudentia dignitati necessaria, sine spe eam iam posthac consequendi, consequens est, cum eo adeo non esse super hac inhabilitate dispensatū, ut clarè constet habilitatem contrariam in hoc tempus requisitam fuisse, ac speratam à Leone accessus huius autore. Et facit, quod permissum ad tempus, post illud videtur prohibitum. l. Mancipiorum. ff. de op. leg. c. 2. de concess. præb.

Alterum verò, quod supra dicebam nostro negotio maxime accommodari est, quod quauis iuris præsumptione nulla sit infanti prudentia, puero verò tantum puerilis. §. Pupillus. Institut. de inutil. stipulat. & l. 1. C. de fals. monet. & c. Indecorū. de ætat. & qualit. c. Si annum. de iudic. lib. 6. Minori. 2. §. annis maior, sed fragilis. l. 1. ff. de minori. in princ. & c. Ex ratione. de ætate & qualit. maiori vero perfecta. c. Cum in cunctis. §. Inferiora. de electio. & l. 1. §. 1. ff. de minor. ibi: Post hoc tempus compleri virilem vigorem constat: quandoque tamen res contrario se modo habet. Sunt enim aliqui maiores quidem. 25. annis, si numeres annos, iudicio tamen pueri ac infantie proximi, etiam si non sint omnino amentes, ut experientia nos passim docet, & Ludouicus Ro. cum Alex. monet in l. 1. in principio. ff. de verbor. dum aiunt, eum mutum qui nil intelligit, infanti æquiparari, eum vero qui aliquid, pupillo, eum autem qui perfectè, maiori. Quibus ibi Bartholomæus Socinus vir ingenio acri. nu. 5. addit, eum qui per apoplexiam intellectu adeo læso esset, ut meritò iudicium eius tam fragile ac minoris iudicari deberet, perinde restituendum si decipiatur, ac si minor esset.

Ex quibus facile colligas, eum maiorem qui non magis valet intellectu, quàm pueri valere solent impuberes, non esse idoneum ad dignitates quibus pueri ob iudicij paruitatem sunt indigni. Duo enim sunt in pueris defectus, ob quos dignitatibus sunt indigni, ætatis scilicet ac iudicij. c. Cum in cunctis. §. Inferiora. coniuncto. c. Indecorum. de ætat. & qualit. Et ideo si creseat quidem puer annis, non autem prudentia, & ita corpore fiat magno, manente animo paruo, exiit quidè alterū defectū, scilicet, ætatis, alterū. tñ. iudicij, secū defert. Et ideo

^p Dispensatio quoad ætatem infantilem & puerilem circa prudentiam facta, non comprehendit virilem ac perfectam.

^q Aetate quæ maior est, nonnunquam iudicio est minor, imò puer & infans.

^r Aetate quæ maior est, iudicio tamen puer dignus est, quæ restituitur: indignus tamen qui dignitate inuestitur ecclesiastica.

semper manet indignus. ^s Quoniam quādo alicuius effectus duplex est causa principalis, vna cessante non cessat alia. §. Affinitatis. In-
Causarum
duarū prin-
cipalium al-
tera cessan-
te nō cessat
effectus. stit. de nupt. c. Ex tuarum. de autor. & vsu pall. Super quo latius olim
Virtus pue-
rilis indig-
na est dig-
nitate viri-
li. scripsimus post Decium in. c. Cum cessante. de appel. Facit, quod de-
fectus iudicij maior est, quam ætatis, iuxta illud Sapientia. 4. Cui
sunt sensus hominum. c. Porro. 84. dist. Facit, quod sicut sine vilo iu-
dicio & prudentia nulla omnino virtus haberi potest, iuxta Thomā
superius in litera relatum: ita sine iudicio & prudentia, mediocri sal-
tem, nulla virtus virilis acquiri, argu. l. Quæ de tota. ff. de rei vendic.
& cap. Pastoralis. §. 1. de off. delegat. & ita neque attingi morum il-
la grauitas, quam requirit prædictum cap. Cum in cunctis. Virtus
enim si qua quæratum cum tali iudicij paruitate, puerillis erit, quæ
non est idonea dignitatibus ecclesiasticis, vt pulchrè ait Thomas à
Vio in verb. Beneficium, pagina finali. Cum ergo competitor & si
corpore ac ætate, quod illi gratulamur, creuerit: non tamen, quod
dolemus, iudicio creuit & sapientia. Imo, vel semper remansit infas,
vel certe puer. Ergo indignus est Cantoria tantæ ecclesiæ, tot & tan-
torum munerum ob defectum prudentiæ mediocris.

Vndecima exceptio.

Hanc exceptionem vndecimam tractaturus primum,
quam in exordio præcedentis præfatus sum veniam
repeto. Deinde quarto videtur competitor indignus
hac Cantoria, propter defectum scientiæ omnimo-
dum. Nam primo, vt quidam aiunt, nescit legere: si-
ue quod discere non potuerit, siue quod oblitus postea fuerit ob
ægritudines animi & corporis, quibus humana fragilitas nonnun-
quam etiam sine peccato frangitur. Quod si verum est, in illiterato-
rum numero computari debet. ^u Quibus non posse beneficia ne-
que ordines conferri satis probat. c. Illiteratos. 36. dist. & c. fin. de tē-
pori. ordinand. lib. 6. Est enim irregularis secundum Aluar. lib. 1. de
u illiterato
beneficium
conferri nō
posse imo
minus habi-
lem quam
homicidam
esse. Quod
noue, sed ve-
re declara-
tur. plact. eccles. art. 48. & affirmat Innoc. receptus ab omnibus in. c. Cū
nostris. de concess. præb. vbi col. 1. laudatus omnibus ait, illiteratum
minus habilem esse beneficio & dignitati, quam homicidam. Quo-
niam in homicidam cadit ius beneficij saltē ante homicidium quæ-
siti, in illiteratum autem, nullum. Quod noue, sed verè intelligo de
illo qui nunquam didicit literas. De illo enim qui eas didicisset, &
post quæsitum beneficium omnino oblitus esset, aliud dicendum ar-
bitror. Quoniam is non est deterius furioso, quem supra in nona ex-
ceptione probauimus non perdere beneficium ante furorem quæ-
situm per cap. Scripsit. 7. q. 1. & cap. Indicas. 3. q. 9. & cap. 1. de cleric.
ag. lib. 6.

ag. lib. 6. Secundo competitor quamuis forte sciat vulgari sermo-
ne scripta vtrumque legere, non callet tamen latinè, & sic includi
videtur in illo. c. Illiteratos. ^x Nam Hugutio, quem scriptum manu
habeo, illi verbo, illiteratos, addit penitus vel parum scientes. Et vt
consequencia eius verba significant, per parum scientes intelligit
eos, qui licet aliquatulum latinè calleant, non tamen competenter.
Post illa enim verba, penitus vel parum sciētes, subiicit immediate
hæc alia: Sed alia literatura exigitur ad promotionē episcopi, alia ad
promotionem presbyteri, alia ad promotionem aliorū. Per quæ ver-
ba non obscure significat per verbum, parum scientes, non intelle-
xisse illos solos qui legere vulgariter norunt, sed etiā qui latinè cal-
lent, sed non competenter. Archidiaconus. etiam tametsi non ita terse ac
Hugutio loquatur, tamen idem quod ille sentire videtur. Domini-
cus etiam ait per verbum illud, illiteratos, intelligi eos qui penitus
sunt illiterati vel mediocribus carent literis. At constat eum qui la-
tinè aliquantulum non callet, mediocribus carere literis. Imo & glo.
illius cap. hoc ipsum sentit, dum illi verbo, illiteratos, addit penitus.
Et mox subiicit: sufficit tamē mediocris scientia. Idem sentit etiam
Cardinalis Alexandrinus ibi, dum gloss. adprobat quatenus ex ea
colligitur solutio ad contrarium quod ex. c. Cū nobis. de electio. for-
mari posset. Concordat etiam Card. S. Xysti cum sentit illiteratum
omnino dici, qui non nouit aliquid literarum sacrarum. Facit, quod
Cardinalis Alexandrinus in. c. Sedulo. 38. dist. col. 2. ait eum non esse
penitus illiteratum, qui Grammaticam quidem non didicit, sed ex
vsu loquitur perfectè literaliter. Per quæ verba videtur sentire vir
doctus, eum illiteratum dici, qui neque vsu neque arte callet Gram-
maticam. Facit illud. c. celeberrimum. Cum in cunctis. quod habet,
in cunctis ecclesiarum ministerijs literarum scientiam esse necessa-
riam. Et non est credendum concilium vniuersale ibi de scientia li-
terarum vulgarum agere: sed de peritia vel intelligentia literarum
sacrarum quibus in ministerijs ecclesiasticis vtimur. Facit, quod Bar-
tolus in Auth. Sed nouo iure. C. Si certum petatur. dixit, eum qui le-
gere vulgariter nouit, sed non callet latinè, literarum imperitum,
quanquam Felin. in c. Sciscitatus. de rescript. nu. 10. aliud ei inponat.
Quod etiam ibi Decius ante nos animaduertat. Facit, quod verba
secundum communem consuetudinem sunt intelligenda. c. Ex lite-
ris. de sponsal. l. Labeo. ff. de suppellect. legat. At communis vsus ha-
bet, eum clericum appellari idiotam & illiteratum, qui nunquam la-
tinè didicit. Facit illud cap. Illiteratos. dum ait, illiteratos corpore vi-
tatis ea ratione æquari. Quia literis carens, sacris non potest esse ap-
tus officijs. Ergo illiteratus est qui caret literis sacris. At qui nulla ex
C 5 parte

parte literas sacras intelligit in eo idiomate scriptas in quo ecclesia
 utitur, quamuis ea legere literaliter nouerit, literis sacris carere dicitur.
 Facit & c. Pœnitentes. 50. dist. 7. quod pro illiterato ponit in sciũ
 literarum, qui videtur idem esse, qui imperitus literarum. Qualis dicitur
 esse, qui latinè non nouit, secundum Bart. in dicta auth. Sed nouo. C. Si certum petat. Facit, 2. quod nemo qui nescit legere, construere, ac cantare, habet sufficientem scientiam ad beneficium obtinendum, per textum coniuncta glos. 1. Clem. 1. de concess. præb. Quam Card. in princip. Pan. & Imol. sequuntur. Et licet mitius loquatur Dominicus in c. Si pauper. de præb. lib. 6. duo tamen dixit ex illis esse necessaria. Et addit, in partibus quidem Gallicanis pluris fieri cãtum, in alijs autem constructionem Latinam. Sed Do. non probat villo textũ, vel naturali ratione tantum cum lectione sufficere: quãuis lectionem & cõstructionem sufficere arbitret, ne quis illiteratus dicatur per prædicta & post dicenda. Tandem allego. c. fin. de æt. & qual. quod habet, quendam ab episcopatu iam quæsito tanquam illiteratum repulsum fuisse, quod non didicit Grammaticam. Et par est credere, qui electus fuit in episcopum, sciuisse saltem legere, ac scribere vulgariter. Confirmantur per id quod ibi ait Ioa. And. quẽ eleganter exponit Cardin. in d. c. fin. de ætat. & qualit. Qui ambo cũ Anton. à Butrio sequuntur Ioa. de Deo determinantem, episcopum qui Grammaticam ignorat, vsũ tamen perfectè loquitur, non esse deponendum; quia non est omnino illiteratus. Per quod clarè sentiunt, illum illiteratum omnino esse, qui neque vsu, neque arte Grammaticam nouit. Et ne dicas, eos per vsũ perfectè loquentem intelligere illum qui legit & profert verba Latina, licet ea non intelligat, audi Cardinalem in illo. c. fin. in hæc verba loquẽtem. Dic quod præmissa procedunt, intelligendo quod literaliter loquitur cum intellectu, ita quod potest intelligere scripturas: secus si ex consuetudine loqueretur, non tamẽ sciret intelligere vt de quibusdam dicitur cõpertum; talis enim non potest dici literatus. Hæc ille. Petrus etiam Rebuffus in lib. de pacif. possess. nu. 213. ait episcopum, de quo agit. c. fin. de ætat. & qualit. penitus illiteratum fuisse, eo quod non callebat latinè. Et nu. 214. diffinit, illiteratum esse, quando nullas scit literas, aut modicas, vtpote quia scit legere & scribere sermone vulgari. allegat. Bart. in auth. Sed nouo iure. C. si cert. pet. Postremò facit, 2. quod vulg. Gallicũ literatos omnes, appellat clericos: & illiteratos, laicos: & neminem appellat clericum, nisi eum qui latinè callet vel discit. Et hunc loquendi vulgarem modum etiam Petrus de Sansone, quẽ manuscriptum habeo, in sua summa cap. de prudẽtia. sequi videtur, & etiam gl. in illo. c. Illiteratos. si bene perpendatur in ea parte, qua

In sciũ literarum & imperitus, idem.

Beneficio in dignus, qui nescit legere & construere.

Illiteratos laicos, literatos vero clericos vulgus Gallicũ & Theutonicum appellat. Hispanum autem non appellat literatũ cum qui latinè saltem aut græcè non nouit.

quærit: Quid si penitus laicus ordinaretur. Nam primò in idiomate Theutouico Glossatoris ea phrasia satis in vsu est, vt audio, multis. Secundò, quæstio illa non esset ad propositum, nisi per laicum intelligeret illiteratum. Cuius consuetudinis introducendæ ratio illa videtur fuisse, quod omnes latinè callentes sunt ferè clerici, & omnes clerici debent latinè callere. Adde, quod & Hispanum vulgare non appellat literatum eum qui literas Latinas, vel Græcas non didicit.

Contra tamen hæc facit, quod Feli. ait in d. c. Sciscitatus, illiteratum dici, qui legere nescit, peritum autem literarum, qui solum scit legere & scribere. Secundò contra hoc facit, quod cotidie videas ab episcopis ordinari pueros qui legere vtrumque sciunt, licet nullatenus latinè calleant. Tertiò facit, quod etiam cotidie videmus huiusmodi pueris beneficia conferri. Et durum videtur dicere, collationes huiusmodi omnes ipso iure nullas esse quasi factas illiteratis.

Ad horum primum respondeo primò, b Felinum dum omnia colligit, nonnumquam aliud pro alio eligere. Quod in illo nu. 10. facit. Et cum ille solius Bartoli dicto nitatur, & Bartolus pro nobis sit, vt supra est dictum, nil Felini autoritas in hoc nobis obstat. Secundò respondeo c quoad eam materiam quam ibi Felin. tractat appellari posse literatum eum, qui legere scit & scribere vulgariter. Loquitur enim in materia proferendæ sententiæ in scriptis. Quæ si sermone vulgari scripta est, poterit planè in scriptis per eum qui vulgariter scit legere & scribere proferri. Et ita intelligi potest. §. Similiter. de excusat. tutor. Vbi Io. Fab. videtur sentire illam differentiam quam Felinus tribuit Bartolo, & loquitur in eadem materia proferendæ sententiæ in scriptis. Facit, quod verba secundum subiectam materiam sunt intelligenda. l. Si vno. ff. locat. c. Rogo. 11. q. 3. Et ita, cùm loquitur in materia scientiæ literarum vulgariũ, qui nouit illas literas, literatus appellari potest. Cùm autem in materia scientiæ literarum sacrarum respectu diuinorum officiorum, literatus dicitur qui nouit idioma in quo sacris literis utitur in diuinis officijs ecclesia. Et ita qui nouit latinè apud Latinos, qui græcè apud Grecos. In materia vero, vbi de iuris peritia agitur, literatus dicitur qui iura nouit: qui autem ea ignorat, illiteratus. In quo sensu videtur cepisse Feli. in illo. c. Sciscitatus nu. 11. dum ait, illiteratum aduocatum esse nõ posse, licet Pan. in rub. de postuland. cuius dicto Feli. nititur, paulo aliter loquatur. Facit. l. fin. C. de testa. quam totam singul. appelluit Paulus ibidẽ. Quæ tamẽ aliud singulare, quod ibi neque ipse, neque alij aduerterunt, probat, scilicet appellatione literatorum quoad cõsulendum ea quæ ad testamenta pertinent, intelligi legum peritos, vt

b Felinus laudatur & lector illius submouetur.

c Literatus aliud in alia materia significat: in materia tamẽ ordinandorum & promouendorũ sciẽtem & intelligentẽ literas sacras in idiomate, quo utitur ecclesia in officijs ecclesiasticis, denotat.

patet

patet in vers. Sancimus. & vers. In illis. Quoad subscribendum autem in testamentis, per literatum & literarum peritum, intelligi scribendi peritum: etiam si neque leges calleat, neque Grammaticam, ut colligitur ex vers. Ita tamen. cum sequentibus. Facit etiam. §. Similiter. Institut. de excus. tutor. Quamuis ergo in alijs materijs alijs modis verbum illiteratus capiatur, in materia tamen clericorum ordinandorum & promouendorum, & ubi agitur de literarum sacrarum scientia quoad diuina officia, pro eo accipi videtur, qui neque vsu neque arte nouit idioma illud, in quo sunt scriptæ sacræ literæ in officijs diuinis pronunciandæ.

^d Ad secundum respondeo, ^d concedendo aliquot episcopos plus quam par est faciles ad ordine insigniendum latinè non callentes esse, ac male facere. Vnde sunt alij laude præclara digni, qui clericatu insigniunt neminem, etiam latinè callentem, antequam ipse vel parentes eius iurent credere, illum ad sacros ordines ascensurum. Nam quæ, te rogo, impudentia est ordinis tanto sacramento adeo abuti, ut sine villo delectu, prece, vel precio nitentes omnes insigniantur? Quorum plurimi in nullum diuinum cultum eo sunt vsuri, præterquam in peccandi priuilegium & pœnæ vitandæ asyllum.

^e Ad tertium respondeo, concedendo ^e collationes beneficiorum factas eis qui nil penitus latinè callent, esse ipso iure inutiles & nullas, cum declaratione ac temperamento in fine articuli sequentis addendo.

^f Quinto loco indignus est hac Cantoria competitor. Quoniam licet neque amens esset, neque omnino imprudens, neque deesset ei sufficiens prudentia, neque quarto in illiteratorum numero computari deberet, est tamen indignus, eo quod neque sufficientem habet literarum scientiam, neque spem vllam illius consequendæ. Is enim dicitur idoneam beneficio scientiam habere, quæ sufficiens est ^f at-

tenta illius dignitate, loco & ordine, secundum Inn. in c. Cum in cunctis. de elect. Quem ibi omnes ad Decium vsque inclusiue in hoc sequuntur, & Feli. in c. Per tuas. 1. de Simo. & And. Sicul. in consil. 34. Præclare nu. 39. & Card. Imolé. & Bonif. in Clem. 1. de ætat. & qualit. Hugutio Archi. cum Do. & vtroque Card. in c. 1. 36. dist. quod etiam omnes rhapsodi & sumistæ probant. Sed & Thom. 1. 2. q. 76. art. 2. ab omnibus receptus, sic ait: Omnes tenentur scire cõmuniter ea quæ sunt fidei & vniuersalia iuris præcepta: singuli autem ea quæ ad eorum statum vel officium spectant. Cum quo satis concordat post

^g Inn. Pan. in rub. de sum. Trini. n. 6. ^g Quæ autem sit scientia sufficiens, arbitrio iudicis relinquitur, arg. l. 1. ff. de iur. delib. & c. de causis. de offic. deleg. & in specie tradunt And. Sicul. & Bonif. vbi supra. At qui

compe-

competitorem satis nouit, nemo arbitratur eum scientiam habere sufficientem huic Cantoriæ regendæ, attentis præsertim quæ Inno. ait esse attendenda, nempe quod primò illa est dignitas secunda post Pontificalem. Secundò, quod ad eam pertinet chori & omnium diuinorum officiorum regimen, ut in artic. præcedente diximus. Tertiò, quod sita est non in qualiquali oppido, sed in vrbe Conimbrica, ^h quæ adeo in Lusitania præminent, ut illa eius Reges corona insigniat & Academiam cõtineat florentissimam, doctissimis in omni-gena scientia viris resplendentem. Et adeo quidem aiunt etiam amici eius & fautores non esse illi scientiam idoneam huic Cantoriæ gubernandæ, ut palam fateantur, eum hac de causa simul ac eam obtinuerit, in alterius fauorem illi esse cessurum. ⁱ Quo in loco, Deum immortalem, quis animo temperet ab illo? O curæ in terras animæ & cœlestium inanes? Quis calamum non stringat in eiusmodi fautores & consultores adeo affectui humano, adeo carni seruientes, ut eum æstiment idoneum ad quærendum sacerdotium, quem omnino censent inhabilem ad id post acquisitionem retinendum? Dicite mihi censores circumspecti & qui veluti ex orchestra de quibusuis iudicatis. Nonne, turpius eijcitur quam non admittitur hospes? cap. Quemadmodum. de iureiur. Nonne ^k facilius res producta conseruatur, quam fiat? l. Si vnus. §. Pactus ne peteret. ff. de pactis, cum multis allatis ibi per recentiores. Nonne plurima fieri prohibentur, quæ facta tenent? cap. Ad Apostolicam. de regul. l. Patre furioso. ff. de his qui sunt sui, vel alie. iur. Vbi viginti similia copiosus aggregabat Iason. Nonne cui damus actionem, à fortiori datur exceptio? l. Inuitus. §. Cui damus. ff. de reg. cum latè annotatis ibi per Dec. Sed quid extraria citamus? Nonne excommunicatio impedit acquisitionem beneficij? c. Postulastis. de cleri. ex communi. ministr. quæ tamen non tollit acquisitum. licet fructuum perceptionem impediatur. c. Pastoralis. §. Verum. de appell. Homicidium ante beneficium acquisitum eius acquisitionem ipso iure vitiat, non tamen ipso iure ab acquisito deijcit, secundum Pan. & cõmunem in c. Cum nostris de concess. præb. & Feli. qui alios citat in c. Inquisitionis. de accusati. m Furor item & amentia impedit acquisitionem sacerdotij, ut in 9. exceptione latè probabamus: non tamen deijcit à quæsito c. 1. de cleric. ægrot. lib. 6. c. Indicas. 3. q. 9. vnde merito gloss. 7. q. 1. in Summa reprobatur per Domi. & Alexand. ibi, eo quod dixisset eum qui iam promotus est, repelli propter lepram superuenientem, & abbatem etiam si fiat inutilis. Quam etiam communis reprehendit in c. Tua. & c. fin. de cleric. ægrot. Si ergo viri alioqui perspicacissimi eum indignum censetis qui hanc Cantoriam postea quam quæsierit, retineat, qui tam

^h Conimbrici: ca in Lusitania vrbs præminēs.

ⁱ Beneficium ad adquisitionem tenendum qui non est idoneus, à fortiori non esse idoneum ad id quod non dicitur esse adquisitionem: & contra dicitur monitione veniens.

^k Acquirere, gignere, agere, difficilius, quam conseruare ac excipere.

^l Excommunicatus ac ceptat beneficium, non tamen sit ei collatio.

^m Beneficium adquiri velat furor præueniens non tamen tollit subsequens.

præ

præposterè iudicatis eum dignum quo ei quærat?

Ne tamen quidquam eorum quæ pro competitore facere videmus, taceamus, dicat hic aliquis, defectum prudentiæ ac scientiæ efficere quidem ut beneficium non debeat conferri ei qui patitur illum, at collationem factam non reddere ipso iure nullam. Quoniã, ut ipse paulo ante allegabam, multa fieri non debent, quæ tamen facta tenent c. Ad Apostolicam. de regular. Et hunc competitoris accessum collationem continere à Papa sub illa conditione factam, si Ludouicus non soluerit, & cæt. vel si cesserit vel decesserit, & cæt. Et ideo impleta conditione per ipsius mortem, collationem fuisse purificatam, & ita consummatam & perfectam, eamque licet fieri non debuisset, factam tamen valituram. Pro quo facit secundo, quod Innoc. in illo. c. Cum in cunctis. de elect. dixit, beneficium conferri posse illi cui non est scientia sufficiens: si tamen est docilis, & speratur illam consecuturus. Tertio, quod speciale videtur in illiterato, quod collatio illi facta non valeat, secundum Innoc. in c. Cum nostris. de concess. præb. Quarto quod collatio beneficij ab executore gratiæ facta indigno tenet, etiam quando ab ordinario facta non teneret, secundum Innoc. in c. fin. de præsumpt. Quinto, quod passim videas collationes beneficiorum viris & pueris non tantum scientia sufficiente carentibus, sed etiam omnino ignaris literarum, saltem Latinarum & Græcarum, fieri & pro validis haberi. Sexto facit. c. Nisi. de renunciat. §. Pro defectu. Qui habet, episcopum posse cedere episcopatu ob scientiæ defectum. Ergo episcopatus potest pertinere ad aliquem non satis scientem. Cui consequens est, provisionem episcopatus tali fieri non debere quidem, sed factum tenere. Septimo facit. c. fin. de ætat. & qualit. Quod habet, repellendum esse ab episcopatu cum qui non didicit Grammaticam: & ita præsupponit fuisse adeptum. Quoniam privatio præsupponit habitum. l. Decem. ff. de verbor. c. Ad dissoluendum. de despons. impub.

Octavo facit, quod sicut scientia literarum, ita etiam morum honestas requiritur in promouendo ad beneficium. c. illo. Cum in cunctis. de electio. imo tanto magis, quanto vita bona doctrinæ bonæ præstat. Quod ipsummet. c. Cum in cunctis. in princip. significat, dū prius de morum honestate, quàm de literarum scientia meminit. At defectus morum honestatis non vitiat ipso iure collationem, licet talis sit qui efficiat quem beneficio indignum. Omnis enim constitutus in crimine mortali, ut inimicus est Christi. c. Tolle. & c. Si enim. de pœnitent. dist. 2. ita indignus est stipendijs de illius patrimonio sumendis, ut eruditè, de more, Thomas, cui nemo cōtradixit, sentiebat in secūda. Secundæ. q. 63. artic. 2. Quod diligenter annotauit ibi

Cardinal.

Cardinal. S. Xisti. Et ita indignus est beneficio, quod est pars patrimonij Christi. c. Cum ex eo. de electio. lib. 6. & cap. Cum secundum Apostolum. eo titul. Non tamen regulariter est nulla collatio existēti in peccato mortali facta. Quod satis probat. c. Sicut. 2. de iureiur. Quod ibi gloss. memorabilis annotauit & late tradit Fel. in c. 2. supra eod. col. 2. & latius in c. Dilectæ. col. 3. & 4. de exceptio.

Nono facit, quod Felinus sequutus Io. And. in cap. Auditis. de electio. & Domi. in c. Inscripturis. 8. q. 1. dixit. c. Cū in cunctis. prædicto non probari electionem de criminoso factam non valere, sed eligētes priuari potestate eligendi. Quæ originaria consideratio fuit Cōpostellani in c. Considerauimus. de electio. col. 4. vers. Item quod sit nulla, licet Fel. id non dicat. Alia tamen tria argumenta scilicet decimum, vndecimum, & duodecimum infra post solutionem non cum suis solutionib. inferuntur.

Ad horum primum respondeo scientiæ necessariæ defunctum nō solum efficere ut conferens beneficium illum patienti peccet cum ipso recipiente, sed etiam beneficij collationē reddere ipso iure nullam. Quam conclusionem quia nimium est cotidiana, multis comprobabo. Primo per textum irrefragabilem in c. Cum in cunctis. §. fin. de electio. qui habet, cum qui confert beneficium vel ad illud eligit scienter indignum ob ætatis, morum, scientiæ, vel natalium defectum priuari pro ea vice conferendi, vel eligēdi potestate, & collationem vel electionem ad alium deuolui. In quibus verbis pondera disiunctiuam, vel, quæ clare demonstrat, vnum illorum quatuor defectuum sufficere quo illi dispositioni sit locus, argu. c. Inter cæteras. & eorum quæ late ibi diximus supra eo. Pondera secundo collationem & electionem patienti aliquem ex illis quatuor defectibus factam ad alium deuolui. At quomodo collatio vel electio ad alium deuolueretur faciēda si facta teneret, licet fieri nō debuisset? Quare non immerito ibi hoc tenet Pan. col. pen. & sentiunt Ioan. And. & Cardin. ibidem. dum aiunt illi. §. fin. non esse locum in alijs defectibus, sed solum in illis quatuor prædictis. Facit secundo. c. Cum nobis. de elect. quod habet, eum qui fuit ibi electus, non esse repellendum ob defectum scientiæ: quia licet nō haberet eminentem, habebat tamen competentem. Per quæ verba non obscure significat, electionem non fuisse valituram, si non habuisset scientiam competentem. Tertio facit. c. Dudum. de electio. quod habet, electionem eius qui tempore quo eligebatur, defectum ætatis vel scientiæ patiebatur, inutilem esse ipso iure. Per quem ibi Pan. num. 11. argumento à fortiori. concludit, collationem nescienti necessaria factam, esse ipso iure nullam. P. Quoniam plus peccat collator: quippe qui ius in

ⁿ
Beneficij collatio idoneam scientiam nō habenti facta, nulla. Et tam ei cui confertur, quam conferenti, peccatum est: & ad alium deuoluitur faciēda.

^o
Scientia nō eminent sed sufficiens requiritur in promouenda: quā tamen tempore electionis adesse oportet.

^p
Conferens indigno peccat, quā cum eligēs.

rc

re & ita plus iuris transfert, quam elector, qui ius ad rem: & ideo minus dat, secundum Rotæ decis. pen. in nouis & ea quæ latius citat Fel. c. Cum Bertoldus. de re iudic. col. 1. & 2. Quarto est textus in c. Si forte. de elect. lib. 6. adiuncta gloss. quod habet, non solum euidetem, sed etiam non euidentem scientiæ defectum reddere inutilem electionem. Quinto est casus in Clem. 1. de ætat. & qual. quæ renouans iura antea super hoc constituta grauer iubet, ne cui minus idoneo scientia, moribus vel ætate conferantur sacerdotia. Vbi gloss. 1. quaerit: quid de parum sciente? Et se remittit ad ea quæ post Inn. Holt. & Compost. scripta in d. c. Cum in cunctis. Glossæ tamen addidit. Petr. ab Anch. parum scienti qui speratur profecturus cõferri posse, alioqui nullo modo. Imo & in ultimo notabili subdidit verbum prælatis omnibus memorandum & terribile: nempe q non solum peccare prælatos, qui beneficia indignis cõferunt, sed etiam teneri de daño, perinde ac magistratus qui tutores minus idoneos dant pupillis. Quod etiam Cosmas non relato cõ affirmat in procem. Prag. Gall. verb. indignorum. Quia mali ministri electio culpa est. l. Si seruus. §. Proculus. ff. ad. l. Aquil. cum alijs allegatis ibi per gloss. in verbo, habuisset. Vbi etiam post gloss. 1. tenet peccare illum, qui suscipit officium aliquod ad quod sua sciētia nō sufficit. Quod ante illum Imo. cum vniuersa turba commentantium affirmat in c. Cum in cunctis. de elect. & gloss. putata singul. 3. Cle. 2. de magist. verb. honorē. Pro quibus text. est omnium fortē iuris optimus in cap. Non est putada. 1. q. 1. vbi gloss. citat illa Horatij carmina pulchra omnique Christiano semper memoranda.

Sumite materiam vestris qui scribitis æquam

Viribus, & versate diu quid ferre recusent.

Quid valeant hūmeri.

Acque huc facit, sed generalius. §. 1. l. Idem iuris. ff. ad. l. Aquil. Quin & Fel. in præsent. c. nu. 7. ausus est sequi glossam. l. Qui cum vno. ff. de re militat. Quæ sibi visa est dicere, capite puniendum esse, qui indignus in episcopum promouetur: quod tamen mihi non satis illa gloss. aperit. Facit. c. Cum ex eo. de elect. lib. 6. s. quod coniuncta gloss. Ioan. Monachi, habet, ecclesiā indigere viris literatis nō autē afinis ferratis. Et Pius secundus referente Platina in vita ipsius pag. pen. dicebat, episcopum indoctū a fino esse cõparandū. Quæ omnia in hoc allego, vt persuadeam, verum esse illud Leonis Papæ: scientiæ defectum in clericis neque dignum excusatione, neque venia. c. Si in laicis. 38. dist. Quæ tota probat hanc conclusionem, sicut & distinctio sequens. 39. probat, non sufficere clerico regimen aliquod, saltem habenti scientiam, nisi etiam habeat rerum agendarum prudentiam

officio

Beneficij collator tenetur de omni danno, quod indignus præstat.

Peccat qui cuiusque accipit officium, cui e-
mercendo scientia sua nō sufficit.

Ecclesiam viris literatis, non afinis ferratis indigere.

Scientia defectum neque excusatione in clerico dignum. Neque solā scientiam, neque solā prudentiā clericis regentibus sufficere.

officio suo necessariam: de quo in tertio præced. exceptionis articulo supra egimus. Facit & illud Oseæ. 4. Quia tu scientiam repulisti, repellam te ne sacerdotio fungaris mihi. Quod non solum de literarū omnimoda ignorantia, sed etiam de minus sufficienti scientia intelligendum esse, omnes sentire videntur.

Et adeo quidem collatio non habenti sufficientem scientiam est nulla, vt neque coloratum titulum possidendi præstet. Quod clarè sentit Petrus Rebuffus in illo libello de pacif. possess. n. 213. coniungendo ea quæ antea dixit. n. 172. vers. Quarto nō procedit, imo quod amplius est, u sentit huiusmodi clericum qui triennio possedit beneficium, non gaudere regula de triennali possessore. Quorum duorum prius, verum arbitror esse in illiterato & nullatenus latinè apud Latinos callente, vel græcè apud Græcos, per ea quæ ait Innoc. receptus in c. Cum nostris. de concess. præbend. & multa quæ supra in dicto art. 3. prædiximus. Non autem arbitror procedere in eo, qui qualem qualem scientiam habet licet non sufficientem. Collatio enim huic facta licet non teneat, coloratum tamē titulum præstare videtur per ea quæ de colorato titulo tradunt Panor. & alij in c. Cum nostris. & Cosmas in Pragmat. titul. de pacif. poss. verb. coloratum. Quoniam is aliquo modo capax est, adiuncta, scilicet, spe literarij profectus, vt mox dicam: illiteratus autem, minimè, per ea quæ supra in. 3. art. diximus. Posterior vero, scilicet eiusmodi possessorem, si possederit triennio, non gaudere regula de triennali possessore, arbitror esse falsum, etiam illiterato: clericatu tamen insignito, ea consideratione singulari quam supra fecimus de excommunicato post Gomefium in regula illa de triennali possess. q. 27. & 28. nepe, multos gaudere regula de triennali possessore, qui tamen possederunt sine titulo colorato: adeo vt si intra triennium spoliati fuissent, non debuissent restitui.

Ad secundum respondeo primò, illud Innoc. dictum x scilicet parum scienti, sed spem maioris profectus literarij præ se ferenti ac mōstranti posse conferri beneficiū, intelligendum esse per indulgētiam & dispensationem, non autem per ius commune, secundum Hostiens. in illo ca. Cum in cunctis. de electio. Quem Ioan. And. & Pan. cum communi sequuntur ibi. Quem etiam Imol. cum Banifac. probat in illa Clem. 1. & Domi. cum Alexan. in illo cap. 1. Quod vt frequentius receptum est, ita videtur mihi non probari fundamento aliquo solido. Imo videtur quod aut episcopus sine dispensatione id facere potest, aut non etiam cum illa. y Quoniam episcopus dispensare contra illud Concilium nequit. iuxta gl. memora. quæ singul. est Rauennati ibidem, quæque tertia est in ca. Cum dilectus. de electio. Imo neque Legatus contra Concilium dispensat, secundum illā gl.

D multis

Beneficij collatio facta ei, qui scientia nō est idoneus, non præstat coloratū titulum. Quod tēperatur procedere in illiterato ponitus vel in eo qui parum scit sine vlla spē amplioris profectus. Tēperatur itē nō procedere quo ad regulam de triennali possessore x Beneficij collatio facta parum scienti, spem tamen amplioris profectus de se præbēti, valet, etiā nō prauia dispensatione: quāuis graues auctores repugnent. y Concilium contra generale, neque Episcopus, neque Legatus dispensat.

multis putatam fing. quæ pen. est. c. Dilectus. 1. de præbend. Facit gl. c. pen. de fili. presbyter. Quæ conclusio communiter recepta est, per ea quæ Feli. tradit in c. Nonnulli. infra eo. col. 3. & 4. & Franciscus à Ripa in inscriptione. c. 1. de iud. cum alijs quæ latius adduximus anno superiore in. d. c. Dilectus. vbi est aptissimus in hoc textus. Quare verum arbitror parum scienti & spem discendi promittenti posse conferri beneficium sine dispensatione, quoad hoc saltem vt collatio facta ei teneat. Moueor ad hoc primò, quod Innocent. nihil de dispensatione meminit in illo. c. Cum in cunctis. neque Hugut. & Archid. in illo. c. 1. 3. 6. dist. neque Petrus in illa Cle. 1. de præbend. Secundo moueor, quod vt arbitror visum est Innocentio, dici posse scientiam qualem qualem cum spe verisimili perueniendi ad iustam, posse dici sufficientem, argum. eorum quæ probant frequenter, quod prope est, adesse videri. l. Lecta. ff. si cer. pet. l. Præsens. ff. de procurat. l. pen. ff. de militar. testa. l. Si quis cum. ff. pro empt. l. Item legato. ff. de leg. 3. Faciunt & illa multa quæ congerit Feli. in c. Cum adeo, inf. cod. dum conatur probare ea quæ ad aliquod officium sunt destinata, in eo esse videri. Tertio moueor, quod licet hoc fundamentum non sit penitus conclusiuum: tamen attento quod interpretatio illa Innocentiana vsu recepta est vbiq; terrarum sine vlla dispensatione, iam à tempore immemoriali, vt video & audio, accipienda videtur & sequenda. c. Cum dilectus de consuetu. l. Minime. ff. de legi. quoad effectum saltem iudicandi collationem validam, & quamquam peccat qui postposito eo qui actu haberet scientiam idoneam, conferret ei qui habet illam partim actu & partim spe, cæteris paribus, eo quod digniori esset conferendum beneficium, secundum illa quæ latius scripti in c. Graue. de præb. anno superiore post Thomam à Vio, qui omnium diligentissimè scripsit in ientaculo. 12. art. 4. Facit quod Collectarius etiam in illo. c. Graue. verb. suspendatur, de præb. ait, episcopum posse promouere ad ordines minores eiusmodi parum scientes & spem prædictam monstrantes, nulla de dispensatione facta mentione. Respondeo igitur secundò ad argumentum secundum, concedendo illud Innocentij dictum esse verum: ex eo tamen nil contra nostram conclusionem colligi, præter vnam limitationem quam inter confirmandum illam ex sententia Petri in Clem. 1. de ætat. & qualit. terigimus, scilicet quod licet regulariter collatio beneficij minus idoneam scientiam habenti facta, sit ipso iure nulla, secundum prædictam conclusionem nostram: fallere tamen hoc, quando illa fit scientiam aliquantulam habenti & spem maioris de se promittenti. At competitor neque habet idoneam scientiam, neque principia illius, neque spem vllam maioris profectus literarij præbet: & ideo illo Innocentij dicto iuuari nequit.

Ad

Ad tertium respondeo, negando primò, speciale casum esse in penitus illiterato, in eo quod collatio illi facta non teneat, sed in eo quod ipse non est capax tituli beneficiarij magis quàm infans, vt Innoc. supra relatus dixit in c. Cum nostris. de concess. præb. in principi. Et ideo, vt dixit Petrus Rebuffus in illo tractatu de pacific. posse. n. 213. & sequē. nullum penitus ei colorem canonici tituli quæri, quo saltem restitutionem petere posset: cum tamen alias, licet collatio nulla sit, regulariter colorem possidendi præstare possit, iuxta doctrinam Petri in regul. 1. de regul. iur. lib. 6. per ea quæ supra diximus, temperando bonam partem rigidæ opinionis prædicti Rebuffi.

Ad quartum respondeo, negando, Innocentium dixisse valere collationem beneficij ab executore indigno factam, casu quo ab ordinario facta non valeret, quamuis ei Pan. id in illo. c. col. pen. imponat. Quia, vt videre est in principio illius cap. vbi solùm hoc tangit, tantum dixit prouisionem ab executore minus digno factam valere antequam verificet illam conditionem, si est dignus, rescripto insertam: quia, inquit, iurisdictionem habet ante illam conditionem purificatam. In nulla tamen re confert neque comparat delegatum cum ordinario: imo si rectè ratio eius perpendatur, idem videtur sentire de ordinario qui etiam habet iurisdictionem. Valebit ergo collatio beneficij ab executore facta minus idoneo, quando etiam facta ab ordinario eidem valeret, vt quia erat constitutus in aliquo peccato mortali: quod tamen non impediēbat beneficij receptionem. De quo in responsione vltimi argumenti dicemus.

Secundò respondeo, quod Pan. qui putauit hoc, sed certe incautè, dixisse Inno. in illo. c. si. & approbavit, postea contrarium tenuit in c. 1. de re iudic. sub finem corrigendo ea quæ ibi dixerat. Felinus item contra illum tenet in illo. c. si. duobus validis argumentis eum confutans, vt etiam supra in exceptione. 9. retulimus ad aliud propositum. Imo singulariter pie ac eruditè Pa. ipse dixit in illo. c. 1. collationem beneficij per literas Apostolicas factam, ipso iure nullam esse, quoties Papa non scripsisset, si sciisset veritatem. Dicite igitur mihi vos quæso, viri prudentissimi, si Papa sciisset competitorem prudentia & literatura omnino carere, vel certè puerilem valde habere & nullatenus idoneam Cantoriæ Conimbricensi regendæ, nullam itē spem maioris prudentiæ vel literaturæ præ se ferre, nunquid Papa contulisset illam ei?

Ad quintum respondeo, primò non id quod fit, sed potius quod fieri debet attendendum & faciendum esse. c. Cum causam. de elect. l. Sed licet. ff. de off. præst. l. Nemo. C. de senten. & interlo. omni iud. cap. Gloria episcopi. 12. q. 2. Secundò respondeo, aliquos prælatos

D 2 conferre

^a
Beneficij collatio facta illiterato & parum scienti, nec spem plus sciendi promittenti, conueniens in eo, quod vtraque est nulla: sed differunt.

quod illa non præstat titulum coloratū, hac autem sic.

^b
Beneficij collatio quo casu facta ab ordinario, est nulla: etiam facta per literas Papæ non valet.

^c
Beneficij collatio facta per exekutorem non valet, quando Papa si sciisset veritatem, id fieri non iussisset.

^d
Beneficiorum collationum alios esse incorruptos, alios corruptos.

^z
Beneficij collatio digniori fiat.

conferre quidem beneficia pueris & illiteratis & parum scientibus, nunc precæ, nunc precio, nunc carne, nunc ignorantia, nunc diabolo suadente. sed male facere. Alios eruditos Dei, timentes magis, quæ Christi sunt, quam sua quærentes ab eiusmodi collationibus perinde abhorrere, ac à facie colubri: quippe qui nouerunt. c. Miramur. 11. dist. & illud Prag. Sanct. in tit. de electio. §. Et quoniã scilicet, eos qui dolose vel negligenter, ac timore Domini postposito in re tam graui se gesserint, sicut auctores sunt in causa malorum pastorum, ita participes sicut pœnarum, quas ipsi mali pastores in districto Dei iudicio patientur. Hæc ibi. Quibus glossematarius eruditissimus ibidem addebat: Horrenda & timenda sententia est hæc, ad quam vigilanter attendant electores & collatores beneficiorum.

e Beneficiorum collationibus horrida sententia.

f Ad sextum respondeo. §. illum. Pro defectu. c. Nisi. de renunciat. intelligi posse de celsione facti, non iuris. Pro quo intellectu facit, quod Cardi. ibi ait in casu illius. §. & ob scientiæ defectum, de quo ille loquitur, potuisse deijci episcopum, etiam inuitum, sicut in ca. si. de atat. & qual. Et ita non oportet dicere illum. §. agere de illo cui valida fuit de episcopatu facta prouisio. Secundò responderi potest, illud §. intelligi posse de illo qui parum sciebat: sed spem sufficienter sciendi præbebat tempore quo prouisio episcopatus vel electio & confirmatio de illo sibi fuit facta. Tertio potest intelligi de illo qui satis quidem sciebat cum fieret episcopus, sed postea vel morbo, vel alio casu ignorantiam incurrit eorum quæ suo erant officio necessaria. Et ita nil contra nostram conclusionem probat.

f Intellectus §. Pro defectu c. Nisi. de renun.

g Intellectus c. si. de atat. & qual.

h Beneficij collatio facta excommunicato minori excommunicatione, nulla: non autem ut plurimum qua sit capitalis criminis reo.

i Scientia defectum non magis quam morum, collationi beneficiorum obesse. Et utriusque defectum, illam nullam reddere.

Ad septimum scilicet. c. fin. de atat. & qual. respondeo §. intelligendum esse illud eisdem duobus modis prioribus, quibus paulo ante dicebamus intelligendum esse. §. Pro defectu. c. Nisi. de renunciat. non autem tertio modo, quia eo casu inuitus deijci nequiuisset, arg. c. fin. de cleric. ægro. & c. ludicas. 3. q. 9.

Ad octauum respondeo, primum concedendo morum honestatē necessariam esse in promouendo sicut & literarum scientiam, & negando collationem factam existentibus in peccato mortali validam esse cum Pan. in c. Si celebrat. de cleri. excommunic. ministr. per illū textū. **h** Qui probat collationē factam excommunicatio minori excommunicatione non valere. Hanc tamē Pan. opinionē nos alias ibi latè reprobauimus per. callūd. Sicut. 2. de iureiu. & alia multa, quæ doctè ac diligētè de more in hoc instruxit Feli. in c. Dilectæ. col. 3. & 4. de except. Contra quā etiā tenuit Maior in Secundo Sent. dist. 44. q. fin. col. 4. & in Quarto dist. 18. q. 4. col. 1. Secundò igitur respondeo, eō cedendo, defectū honestatis morum officere tantum collationi, quātum scientiæ defectum. Concedo item, collationem & electionem

non

non reddi nulla propter vnum vel alterum vel etiam multa peccata mortalia, etiam grauius regulariter. Quod Compostellanus omnium clarissimè in illo. c. Considerauimus. colu. 4. de electio. dixit. Sed ex hoc non inferitur, k defectum honestatis morum non reddere collationem nullam. Fieri enim potest, vt quis vno vel altero, imo & multis peccatis capitalibus maculatus sit, & nihilominus pro moribus honestis prædito habeatur. **l** Primò, quando ipsius opera mala occulta sunt, bona vero publica, & est paries veluti quidam dealbatus, vt verbis Pauli Actorum. 23. c. Relatis. in. c. Paratus. 23. q. 1. vtar. Secundò, quando peccata mortalia nō sunt grauius, licet sint publica, argum. à contrario sensu. c. fin. de temporib. ordi. Tertio, quando peccata illa transferunt & facta iam pœnitentia in eis non perseverat, habita indulgentia & dispensatione, qua parte opus erat. Quemadmodum igitur supradiximus **m** Concilium noluisse per c. Cum in cunctis. de electio. inducere necessitatem scientiæ eminentis in promouendo, ad hoc vt promotio ipso iure teneat, sed satis esse non omnino carere literatura & spe in maioris profectus præ se ferre: ita noluit inducere necessitatem honestatis morum heroicorum & eminentium vt promotio teneat, sed sufficientem, hoc est, ne omnino morum honestas desit, & spem mediocri attingendorum præstet. Facit, quod etiam ætatis maturitatem Concilium illud exigit, non tamen eminentem & perfectissimam, sed quæ mediocris sit vel ad mediocrem tendat, attenda beneficiorum qualitate, puta. 30. annorum perfectorum in episcopo. 25. inceptorum in dignitatibus & curam animarum annexam habentibus, in alijs autem minorem. Facit, **n** quod licet amicitia diuina & morum honestas Deo grata, quæ sola charitate infusa constat, quocumque peccato capitali quamlibet momentaneo & paruo pereat omnino, quæ nostra miseria est: fides tamen & spes & aliæ virtutes acquisitæ non pereunt, etiam propter multa peccata capitalia, vt eleganter affirmat & probat Thom. ab alijs receptus, in secūda Secundæ. q. 23. art. 2. Facit, quod non omnis qui habet gratam Deo morum honestatem, habet beneficiario necessariam. Multi enim sunt irregulares ob peccata & excommunicati, qui tamen per contritionē sunt grati Deo. c. Dixi. de pœnit. d. 1. carent tamē, vt mox dicam, morum honestate ad hoc necessaria per iam dicta.

k Beneficij collatione non per omnem defectum morum honestatis reddi nullam: sed per illam & illam.

l Peccato mortali non omnem morum honestatē repugnare, sed illam & illam **m** Beneficiario sicut non est necessaria scientia eminentis, neque atas grauissima: ita neque morum honestas præcellens.

n Beneficio adquirendo non omnis morum honestas Deo grata, est sufficiens: neque contra, omnis quæ beneficiario adquirendo sufficit, est Deo grata.

o Beneficiarius ille morum honestate beneficiario necessaria caret, qui est irregularis: siue illa irregularitate, quam natura criminis gignit, siue illa quæ criminis notorij & grauissimæ famia parit

Et si vrgeas me, vt dicam quem appellabo morum honestate ad hoc omnino destitutum. **o** Respondeo primò, illum qui peccauit aliquod peccatum adeo graue, ob quod ecclesia censuit eum ipso iure irregularem ex natura criminis, secundum Compostellanus in illo. c. Considerauimus. ab omnibus receptum: p quale est homicidiū. c. 1. de homicid. c. Miror. 50. dist. §. 1. de consecr. dist. 1. vbi late de hoc scripsimus.

P
Crimina
quæ irregu-
laritatem
gignunt re-
missiue.

Et alia multa sunt talia crimina, quæ videas in c. Nisi cum pridem, §. 1. de renunciat. per gl. in verb. dumtaxat, & omnes scribes ibi. & eruditum Altiarum in li. de planctu eccles. li. 1. art. 48. & per rhapsodos & summistas in suis locis, & per Nicolaum Plouium, sed frigidè in li. de irregularitate reg. 50. Quod prius & grauius tractauit Gundifalvus à Villadiego, vir utique doctus & grauis in libro suo de irregularitate. Secundo, ille dicitur omnino morum honestate carere, de quo est notorium iuris vel facti crimina graua digna depositione commississe. c. fin. de temporib. ordinand. Si enim etiam acta pœnitentia non possunt celebrare ante dispensationem, neque promoueri: quia licet non sint irregulares irregularitate quam crimen inducit, sunt tamè ea quam infamia criminis gignit, vt communis affirmat in illo cap. fin. & prædictus Gundifalvus in d. lib. de irregularit. colum. 9. & 10. & præstantius doctissimus & diligentissimus Cosmas in Prag. Sanctio. Gallic. titul. de concubina, verb. inhabiles. Et vt omnes hi sunt irregulares, ita neque celebrare possunt, neque promoueri ante dispensationem Papæ, vt ait Gundifalvus, vel episcopi in adulterio, & minoribus criminibus, vt Cosmas q. Imo si celebrant, nouam incurrunt irregularitatem, secundum eisdem & Pan. ac communem. in c. Si celebrat. de cleric. ministrant. Quamuis aliqui reclamant, & in his Imo. in c. 1. col. 4. de iudi. cui libenter subscribo. Nam & communis cogitur ponere differentiã inter suam posteriorem & priorem quæ omnium est irregularitatè, vt Cosmas vbi supra tradit. Et ratio Imolensis, quæ sequitur Inno. neruosissima est & Petrus Rauennas in dicto extrauag. quod ponitur in Alphab. aureo. fol. 186. Tu scis, ait, communè tenere, cum, qui propter defectum esset irregularis, non incurrere nouam irregularitatem celebrando ante dispensationem, quod ex stilo Curie deprehendi ait. Quæ cum dispensat super defectu, non solet dispensare super tali noua irregularitate. Tertiò teneri posset, eos etiã morum honestate omnino necessaria, vt collatio valeat, carere, qui sunt infames infamia facti, hoc est, qui de prædictis criminibus, siue suapte natura, siue ob infamiam irregularitatem producètib. sunt apud bonos & graues viros infamati. per. cap. Omnipotens. de accusat. cap. Inter dilectos de excessib. prælat. l. 2. C. de dignitat. lib. 12. cap. Infamibus portæ dignitatum non patebunt. de regul. iur. lib. 6. Et quamquam facile, vt dixi, teneri hoc posset, & libenter illam affirmarem, si ætatis nostræ mores corruptissimi tantam munditiem paterentur: tamen contrariæ in hac opinioni accedo, limitando illam Calder. in consil. 20. de præbend. & alijs modis. vt scilicet collatio facta infami infamia facti tantum & non iuris valeat quidem regulariter ipso iure, nisi in quatuor casibus. Primus quando

q
Irregularis
ob criminis
motorij in-
famiam ce-
lebrans nõ
incurrit no-
uam irre-
gularitatè
contra com-
munem.

r
Beneficio
adquiren-
do inhabile
esse infamè
infamia fa-
cti facile su-
stentatur: sed
contra con-
sulendum:
nisi in qua-
tuor casi-
bus.

f
Ætatis no-
stræ corrup-
ti mores mi-
diciei mag-
ne impati-
res.

quando illa infamia ex notorio peccato graui nasceretur, iuxta secundum quod præcedit dictum. Secundus, quando de perseuerantia quoque in tali crimine est infamatus, & probatur vere crimen admissum fuisse. Hanc enim duplicem infamiam cum criminis veritate concurrentem arbitror inducere sufficientem morum defectu, quo nulla reddatur collatio beneficij facta eiusmodi infamato. arguor quæ ait Innoc. in c. Inter. de excess. prælat. n. 4. & Pan. in c. fin. de re iudic. Quo casu procedant quæ rigidiora dixit Ioan. à Selua. 3. par. q. 3. nu. 10. & 11. Tertius, quando talis infamatus esset iam accusatus & lis super crimine penderet. c. Omnipotens. de accusa. Quartus, quando collatio fieret virtute mandati Apostolici, secundum Calder. in d. consil. 20. de præbend. & consil. 4. de accusat. Qui casus extendi posset ad collationem factam per Rom. Pontificem & Legatum eius, nulla de hac infamia mentione facta. Quia primò, illi semper super morum ac vitæ honestate se fundat ad conferenda sacerdotia, vt eorum proemia demonstrant. Secundo, quia hoc est quid tale quod expressum meritò retraheret concedentem à concedenda gratia beneficiaria. Ergo quia tacetur, gratiam reddit subrepticam. Quin & arbitror Legati mentione non sufficere, quippe qui ius comune tollere nequit, secundum gl. c. fin. de hæreti. lib. 6. recepta.

Ad nonum respondeo: Compostellanum, Io. And. Domi. & Fel. in argumento citatos, quod maxime demor. negligenter perpendisse illud. c. Cum in cunctis. in §. fin. dum aiunt ibi non dici electionem vel collationem indigno factam esse ipso iure nullam, sed solum potestate eligendi priuari eos qui scieter id fecerint. Nam ibi clarè dicitur, potestatem illam eligendi vel conferendi ad alium pro illa vice deuolui, si ponderas dictionem, tuæ, ibi positam, quam gl. ponderauit & pro sua expositione citauit. c. Cum Vintoniensis. de electio. optime probans illam. Quomodo ergo deuolueretur, si collatio vel electio. vt supra inducebam, valuisset.

Et ne dicas, eos intelligere, potestatem illam deuolui ad alium posteaquam illa collatio per sententiam fuerit quassata, considera primò, quod rarò aut nunquam illa prouisio haberet effectum, si hoc modo intelligeretur. Quoniam antequam prouisus tribus sententijs condemnaretur, renunciaret iuri suo in manus Romani Pontificis in fauorem alicuius. Quod facile admitteret ille, cum id in nullius, quam collatoris cederet præiudicium. Quod ille paruifacere solet, vt palam est. Secundo considera quod textus ait, pro illa vice, iuxta ponderatione paulo ante facta & comunè intelligendi modum: cum tamè si collatio tenuisset & oporteret priuatione fieri, iam nõ esset illa vacatio, sed alia noua, imò & alterius generis, scilicet per priuatione si

alia per obitum contigisset. Innocent. item receptus ab omnibus in hoc ibi collationem in casu illius. §. fin. esse nullam tenet expresse in cap. Inter dilectos. de excess. prælato. num. 4. Considera. 3. quod pœna perdendi potestatem eligendi & conferendi pro illa vice non nascitur ex eo, quod collatio fit indigno, sed quia scienter fit illi: quod clarè probatur in c. Innotuit. & in c. Cum Vintoniensis. de electio. & in c. Perperuo. eod. tit. lib. 6. Ita ut nullitas collationis ex indignita. collatorij, & pœna ex delicto collatoris nascitur.

Ultra prædictas nouem difficultates, occurrit & decima, scilicet, quod Rota in decisi. 3. 12. Nota quod clericus. in antiquis, ait, ad beneficium cui non imminet cura, promoueri posse penitus illiteratum. Quod forte verum esse dixit Gomefius in lib. expectatiuarum. n. 89. Undecima item, scilicet, quod si hæc conclusio vera est, multa beneficia vacarent, multi ad restitutionem fructuum tenerentur, multæ lites iustæ moueri possent, peccarent item episcopi permittentes beneficia possideri per illiteratos. Quæ nimium videntur aspera & scâdulum præ se ferre, contra. c. Nihil cum scandalo. de præscript. & c. 2. de oper. noui nunciat. & c. 17. Matthæi.

Duodecima item, scilicet, quod conclusionem nostram consequeretur in peccato mortali manere canonicos & alios beneficiarios, qui nil saltem latinè callent: alios item quorum munus literaturam exigit altiore illa quam habent, neque saluari posse nisi suis canonijs & beneficijs renuncient. Qui sermo durus videtur.

Ad decimam difficultatem respondeo primò, decisionem illam Rotæ. 3. 12. in antiquis. prome facere, quatenus ait hæc verba: illiterato non potest beneficium conferri. Quia cum tali non potest episcopus dispensare, ut notat Innocent. in c. Dilectus. de temporib. ordin. & Archid. in c. Nullus. eod. titu. Et hoc verum in beneficio cum cura vel in beneficio sine cura, in quo requiritur industria & consilium adhibendum, ut in canonicatu ecclesiæ cathedralis. Hæc ibi. At hæc de qua loquimur Cantoria, beneficium est in quo multa amplior industria requiritur, quam in canonicatu. Secundò respòdeo, quoad beneficia simplicia Gomefium id non affirmasse penitus, sed cum nota dubitationis, scilicet, fortè, locutum esse & minus quàm Rota dicere voluisse. Sed neque Rota id omnino ait. Hæc enim sunt verba eius. Secus autem potest esse in aliquo simplici beneficio. De quo dic ut nota. per Hostien. in allegato. c. 2. de institut. Audis Rotam se ad Hostiensis dicta in cap. 2. de instit. remittere? Ergo idem, quod Hostiens. ibi, sentire videtur. Quoniam doctoris dictum secundum ea quæ allegat est intelligendum, iuxta illud celebre Bartoli dictum in l. Non solum. §. Si liberationis. ff. de liberat. legat. Quod prius dixit

Doctoris dictum secundum ea quæ allegat intelligendū.

om-

omniscius ille noster Ioan. And. in c. Cum nuncius. de testibus. At grauissimus ille vir Hostiens. Cardinalis nulla ibi dixit quæ cum nostra conclusione pugnant, multa vero quæ eam magnopere confirmant: Ait enim primo hæc verba: Quauis laicus possit recipi in spiritualem fratrem tanquam conuersus, non tamen in canonicum, nisi esset literatus & vere clericus efficeretur. Et est ratio quia hoc ius scilicet canoniæ, requirit personam literatam propter maturitatem consilij sibi annexam, ut not. de præbend. super inordinata. Unde debet vocari in capitulo & episcopo consulere de his quæ fiunt à prælat. sine cōsens. nouit. & c. Quanto. Et paulo post: Canonici enim debent scire literas & seruire Deo in ordinibus suis & in officijs. 81. dist. Eos. & c. Si quis sacerdotum. ibi præced. & 96. dist. & 92. dist. per totum. Cum igitur Hostiensem approbet Rota, & Rotam sequatur Gomefius, & Hostiensis pro nostra sit conclusione totus: consequens est nec Rotam, neque Gomefium contra nos esse. Et quando contra nos sentiret Gomefius, id obiter & veluti aliud agens sentit, & alij multi supra relati nobiscum ex professo sentiunt. In quibus est grauis scriptor Aluarus de planc. eccle. lib. 1. artic. 48. dicens, irregularem esse penitus illiteratum: & cum eo dispensare non posse episcopum, dixit Innocent. in c. Dilectus. de tempo. ordi.

Ad undecimam respondeo cōcedendo illa omnia esse vera quæ argumentum infert: quæ quamuis dura videantur indoctis, blanda tamen & pia eruditibus sunt visa. Propter quæ ac similia verissimum sit illud Innocent. 3. in cap. Cum iam dudum. de præbend. Multa patientiam tolerari, quæ si in iudicium deducerentur, iustitia id exigente quassarentur. Adde quod multa maiora inferre posses, si ad vnguem expenderes abusum qui Christianam ecclesiam circa sacerdotia turbat, posteaquam illa cœperunt æstimari oliueta veluti quæpiam & vineæ, posteaquam per earum collationem potius provideatur personis quam ecclesijs, posteaquam improbè petentium importunitas & nimia indulgentium liberalitas, ne dicam prodigalitas, ætatis ad ordines & beneficia terminos confudit, & pro scientia, preces & precium, & pro morum honestate, nobilitatem, fauorem, potentiam & diuitias substituit.

Ad duodecimam difficultatem agrè respondeo. Dum enim omnibus per omnia placere cum Apostolo vellem, vereor ne multis in hoc displiceam. Scilicet quia ipsemet Apostolus ait: Si hominibus placerem Christi seruus non essem. ideo in quibus Deo & hominibus simul nequeo, incorruptam creatoris voluntatem præferens creatura appetentiæ corruptæ iuxta illud: Oportet magis obedire Deo quam hominibus. Concedo primum omnes beneficiarios qui

7
Canonici
literati
esse
oportere.

2
Peccata multa
in conferendis
& retinendis
beneficijs
sunt, & qua
re.

4
Actorum. c.
5. c. Si do-
minus. c. Lu-
lianus. 1. 1.

9. 3.

D 5

petie-

petierunt beneficia, imo & qui colata sibi absque petitione sua acceperunt, non habentes scientiam & mores ad ea tenenda idoneos peccasse per. c. Non est putanda. sub finem. l. q. 1. Cuius verba sunt:

b
Beneficium
qui accipit
sine scientia
idonea illi
regendo pec-
care dum
accipit: imo
& postea
retinendo
acceptum:
si eam quæ
citissime co-
modè potest
non querat

Quisquis ergo sacerdotum non ad elationis pompam, sed ad utilitatem adipisci desiderat, prius vires suas cum eo quod est subiturus onere metiatur, ut si est impar, absteineat, & ad id cum metu etiam cui se sufficere existimat, accedat. Facit. l. Idem iuris. §. ff. ad legem Aquil. Quæ omnium vna est conclusio. Quæ latius comprobari potest ex his quæ in principio exceptionis sextæ supra eo, & in c. 1. §. Caueat. de pœni. dist. 6. scripsimus. **b** Secundò dico, eum beneficiarium qui literaturam suo beneficio sufficientem non habet, teneri ad eam sibi quærendam quam ocysimè commodè potest: quod si non fecerit, peccare. Determinatio est singul. Panor. in c. Venerabilis. sub finem de præb. communiter recepta. Quam nos cum alijs tractauimus in illo. §. Caueat. cum de scientia confessario necessaria egimus.

c
Beneficij
collatione,
quæ illitera-
to facta,
nulla est, re-
uiviscere li-
teris quasi-
sis & colla-
tore in ea-
dem volun-
tate perse-
uerare, pro-
babile.

c Tertio dico. si teneri posse collationem illiterato factam, quæ nulla est à principio, si literas ille addiscat, & qui contulit ei beneficium in sua voluntate perseveret reuiviscere, tacita quadam collatione veluti repetita, argumento eorum quæ Pan. scribit in c. Cum ex officij. de præscri. de collatione facta ab episcopo ante deuolutionem potestatis, ea post ad ipsum deuoluta. Et eorum, quæ latius ibi scribit Felin. n. 3 6. **d** Quod tamen limito, quando ab initio bona fide beneficiarius illud acceptasset, & possessionem eius adeptus fuisset. Nam si sciens & prudens collationem sibi factam non valere, concessisset ei, virtuteque illius possidere cœpisset, vitium intrusionis contraxisse videri potest, secundum ea quæ Panormi. dixit in c. Qualiter. & in c. Quisquis. de electio. c. 1. de concess. præben. c. Præterea. de iure patro. & ea quæ Felin. tradit in c. In nostra. coroll. 2. infra eod. de intrusione. Quæ nos profundius & resolutius tradidisse arbitramur. in c. Cum iam dudum. de præbend. Et quamquam ignorantia iuris ut plurimum non excuset, regul. Ignorantia. lib. 6. §. Notandum. l. q. 4. cum multis utrobique citatis: **e** quando tamen paruulus esset huiusmodi illiteratus vel maior rusticanus, aut cum virorum grauium & doctorum auctoritate id accepisset, satis eum arbitror excusari à pœna intrusionis posse, licet collatio nulla maneret, arg. eorum quæ in dictis iuribus annotantur, & in l. Athletæ. §. De rusti. ff. de excus. tut. Quartò dico, ex his inferri remedium salutis animarum huiusmodi canonicorum & beneficiariorum, ut. s. addiscant ea quæ suis beneficijs bene regendis sunt necessaria. **f** Neque verecundentur id facere, considerantes illud magni & grauisissimi nostri patris Augustini in c. Si habes. 24. q. 3. Senex enim à iuuenē, & episcopus tot annorum à collega nec dum anniculo

d
Beneficium
quisq̄ nō
esse suum
apprehēdit
inhabilis ad
illud effici-
tur.

paratus

e
Iuris igno-
rantia nō-
nunquam à
vicio intru-
sionis excu-
sare.

paratus

f
Scientia dis-
cendæ nul-
ta ætas se-
ra: neque
vlli verecū-
dum ea qua
oportet dis-
cere.

paratus

paratus sum doceri. & illud Senecæ. Nulla ætas sera est ad discendum etiam vsque ad 88. annos, ut ait gl. in illo. c. Si habes. per text. illum singul. in l. Apud Iulianum. ff. de fideicom. libert. Quæ habet, Pomponium octogesimum annum agentem cupidumque discendi suspexisse illud Iuliani: Et si alterum pedem in sepulchro haberem, adhuc discere vellem. Quod summa cum laude multos fecisse legimus & facere vidimus, suaforesque ut facerent nonnullis fuimus. Quin & scimus, clarissimum virum eundemque prouidentissimum episcopum Zamorensem Do. Ioannem Emanuelem Zamoræ & Tauri & alijs sui episcopatus oppidis ad id opportunis ante paucos annos coegisse parochos capite iam cano, & qui sexagesimum agebant annū, ad discendas literas latinas, quas vel nunquam didicerunt, vel parum in eis promouerunt.

Ioannes
Emanuel
laudatur.

Epilogus huius & præcedentis exceptionis.

S ergo gratia Papæ beneficiaria, saltem tacite continet illam clausulam: Si est dignus ea is cui fit, si dignitas illa maximè debet adesse tempore quo gratia sortitura est effectū, si competitor tempore illo Cantoria in sua gratia contenta non erat dignus, tum propter amentiam, tum propter omnimodæ prudentiæ vel certè necessariæ defectum, tum propter omnimodæ scientiæ, vel certè necessariæ defectum: consequens profectò est, nihil ei per has literas quæsitū esse. Consequens item eum, vel, quia res quam non satis capit parum eum mouet, procuratores & fautores ipsius qui rem probè percipiunt, dū per eas aliquid ipsi quæsitum esse contendunt Deum Opti. Max. grauius offendere, mentēque alta reuoluere debere illud Poetæ.

*Si genus humanum & mortalia temnitis arma,
At sperate Deos, memores fandi atque nefandi.*

Duodecima exceptio.

Duodecima exceptio quæ tam capit nostrum quam cæ. Cum adeo. infra eodem tægit, illa est, quod competitor maior est. 30. annis, & tempore quo suus accessus sortiturus erat effectum, curatorem habebat bonorum suorum pridem à iudice illi datum. **g** At maior. 25. annis bonorum suorum curatorem habens indignus est omni beneficio ecclesiastico, præsertim eo cui regimen aliquod inest, etiam si longè minus quam huic Cantoriæ infuerit: Primò per. l. In quæstione. §. Minores. C. de sententiam pass. qui habet, patri dementi, furēti vel prodigo non esse committendam filij gubernationem, per quā Bal. in c. Cum adeo. ait, prodigo & bonis interdicto non esse committenda ecclesiæ gubernacula. Secundò facit. c. Indecorum est, quod hi debeant

g
Beneficij ec-
clesiastici
non est ea
pax quæ ma-
ior xxxv. an-
nis curato-
rem habet:
quoniā eius
modi viro
non sunt
ecclesiæ gu-
bernacula
cōmittenda

beant ecclesias regere, qui non nouerunt gubernare se ipsos. de etat. & qualit.

Et ne dicas contrarium probare cap. præcedens quod incipitur: Ex ratione. habetque pueros, qui se regere nesciunt, posse saltem per dispensationem ecclesias regere; considera primo, nullam esse competitori dispensationem eiusmodi quoad ætatem virilem: licet quo ad puerilem fuisset, qua parte Papa voluit locum fore accessui, etiam in puerili ætate, si conditio sub qua dabatur impleta fuisset. Conside-

^h ra secundo raro aut nunquam Roman. Pontificem super habilitate morum & scientiæ ac prudentiæ principaliter dispensare: quamuis super gradu nonnunquam dispenset, & super ætate sæpe, ac per quãdam consequentiam cum ætate super scientia præsentem, propter spẽ futurã. Et quidquid cum alijs faciat, cum competitori saltem id non fecit. Tertio facit. l. Fulcinius. §. Plane. ff. ex quibus caus. imposs. ea. que post quãdam de furioso statuta hæc verba subiicit: Idemq; in prodigo dicendum, cæterisque qui curatorum ope iuuantur. Quarto facit, quod huiusmodi maior curatorem habens, cui bonis interdictum est æquiparatur furioso. l. Furiosi. ff. de regul. iur. Cuius verba sunt: Furiosi vel eius cui bonis interdictum est, nulla voluntas est. Similis text. in §. prædicto. Planè & l. Is cui. ff. de verborum. & l. Si prædia. ff. de rebus eorum. & l. i. C. de curator. furios. & in §. Et hæc diximus. Au-
ⁱ thent. Ut hi qui oblig. se hab. per res mi. Quinto facit, quod Baldus in cap. Cum adeo. n. 10. ab alijs receptus sensit, non posse Papam indulgere ac dispensare, vt beneficium ecclesiasticum cõferatur ei cui bonis interdictum est, vt supra in exceptione nona monstratum fuit. Quia id contra ius naturale videtur esse, per ea quæ in principio exceptionis sextæ adduximus. Idem quod Baldus tenet, etiam expressè Felin. in hoc nostro ca. n. 7. & ^k Petrus Rebuff. in lib. de pacif. possess. inter triginta genera personarum ad beneficia ecclesiastica inhabiliu secundum locum dedit ei, qui cum maior sit, curatoris ope iuuatur. Idem etiam tenet Steph. Aufrer. in additio. ad Capell. Tholos. decis. 488. An sit petendum.

ⁱ ^h Furiosus & maior qui curatore iuuatur, exaquantur. ^k Beneficia ecclesiastica non querit maior, qui curatore iuuatur: alia vero sic. Quia in illis non furioso, sed pupillo exaquantur. Et qua ratio diuersitatis

Contra exceptionem tamen hanc facit, quod licet maior curatorem habens & is cui bonis interdictum est regulariter exaquantur furioso per prædicta, non tamen quoad acquisitionem, quia non prohibetur sibi acquirere. l. Is cui. in princip. de verbor. obligat. l. Certi conditio. §. Quoniam. vers. Item quæri potest. supra. Si cert. petat. & notat Bart. in d. l. Furiosi. Nã quia respectu acquisitionis prodigus pupillo æquiparatur, non potest quidem obligari sine tutoris auctoritate, & tamẽ sibi acquirat. §. i. instit. de autor. tutor. l. Pupillus de acquir. d. rer. do. ff. & notat Alexan. in d. l. Is cui. in princip. de verb. obligat.

Ad

Ad hoc respondeo primò, quoad propositum nostrum sufficere quod maior curatorem habens æquiparetur pupillo. Quandoquidẽ hæc, de qua loquimur, Cantoria pupillo conferri nequit sine dispensatione: ergo neque tali maiori, nec per consequutionem competitori, qui nullam talem dispensationem, vt supra in sexta & nona exceptione tactum est habet. Secundo respondeo prædicta procedere quidem in contractibus, non autem in beneficijs ecclesiasticis. Ratio diuersitatis illa sit, quod quæsitã per contractus curator administrat, quæsitã vero beneficia regere, ac illis inferuire non est curatoris sed personæ ipsius acquirentis onus & munus. Vt enim quis idoneus dicatur beneficio inferuendi, non sufficit potentia id faciendi per alium, sed necessaria est potentia propria. c. Super inordinata. & c. Extirpanda. §. Qui vero & quod ibi annotauit. Panor. de præbend. Vbi nos id anno superiore dilatabamus.

Exceptio decimatertia.

Exceptio decimatertia quæ materiam. c. i. & c. Mandatum huius tituli tangit illa est, quod is competitoris accessus expressè videtur esse reuocatus per regulam Cancellariæ undecimam, quæ forte per errorem pro decima fuit excusa, sanctissimi domini nostri D. Pauli ecclesiæ Christianæ nunc feliciter præsentis. Cuius similem omnium Ro. Pontificum primus olim fecit Bonifacius Octauus, licet nõ adeo fortem vt Paulus de qua tractat c. fin. de concess. præb. lib. 6. Cui etiam similis, sed non æque fortis est illa Inno. Octauus in regula Cancell. 10. Regulæ Pauli verba hæc sunt: ^m Itẽ reuocauit quascumq; expectatiuas & collationes, mutationes ac reualidationes & extensiones eas quomodolibet concernentes, etiam si qui per eas in canonicos sub expectatione præbendæ, vel portionum creati aut recepti fuissent, nec non alias quam super quibus per Cancellariam Apostolicam literæ in forma solita expediri consueuerunt, reservationes etiam mentales ac si non emanassent de quibusuis, etiam Patriarchalibus, metropolitanis & alijs cathedralibus ecclesijs ac monasterijs & beneficijs vacaturis cum prouisionibus & cõmendis alijsque dispositionibus, seu de promouendo & commendando aliasque disponendo mandatis & extensionibus inde secutis. Nec non absque consensu coadiutorias seu coadiutorum deputationes, etiam cum successione per dictum Clementem & alios Roma. Pontif. suos prædecessores in fauorem quoruncumque & quibuscumque etiam S. R. E. Cardinalibus & sub quibusuis verborum formis, etiam Motu proprio, & de Aposto. potestatis plenitudine seu cõsistorialiter cõcessas, factas,

ⁱ Beneficio inferuendi potentia propria & per se quis debet habere, nec sufficit per aliu id facere posse

^m Regule Cancellariæ reuocatiua gratiarum tenor: & quis eius primus auctor.

factas, ac facultates nominandi, reseruandi, conferendi, commendandi & alias disponendi, quæ ab eisdem prædecessoribus emanarunt, illarumque vigore factas nominationes & reseruaciones: Quo ad ea in quibus nondum verè, non autem per decretum in illis appositum sunt sortitæ effectum. Nec alicui quascumque declarationes aut præseruatiuas vel ex tunc prout ex die reuocationis huiusmodi restitutiuas & reuoludatiuas clausulas, vel adiectiones, etiam si in illis decretum esset, illas ex tunc effectum sortitas esse, & ius in re quæsitum fore aduersus reuocationem huiusmodi in aliquo suffragari ac tenores & formas omnium prædecessorum pro expressis habere voluit. Haftenus regula. In qua pondero primum verbum, expectatiuas, quarum de numero hanc gratiam esse constat ex præludijs. Et ultra ibi allegata probatur in regula eiusdem Pauli. 3. reuocatoria quæ publicata fuit 11. Decembris. 1535. quæ dum gratias expectatiuas reuocat, excipit accessum. At exceptio de regula esse debet per ea multa quæ citat Decius in reguli. ff. de reguli. iur. & Fe. in c. Quoniam. ut lit. non contest.

Accessus ex
pactatua
quædam gra-
tia quo no-
mine pri-
mum Pauli
videtur
in suis legi-
bus vsus:
nec non ex
eius tempo-
re iurispe-
riti.

Exceptio de
regula de-
bet esse.

Et si dicat
ur in illa
regula
quodam
modo
etiam
in alijs
regulis
Pauli
qui primus
omnium
videtur
hoc no-
mine vsus
in eis, sicut
& suo tempo-
re primus
ea voce uti
cœperunt,
ni fallor,
Iurisperiti
scriptores.
Ideo communis
vsus non
videtur
hic allegari
posse.

Accessus
quædam col-
latio condi-
tionalis.

Et si dicat, ibi non solum poni verbum, expectatiuas, sed etiam addi alias gratias, considera quod in nostra quoque reuocatoria additur, cum alijs dispositionibus: quod generalius est quam verbum gratia. Præterea constat accessum esse gratiam, & non talem per quam statim datur ius & accipitur, sed in futurum speratur accipi. Ergo merito dicitur expectatiua, arg. c. fin. de concess. præb. lib. 6. Nisi dicat ex vsu communi Curia, verbum restringi ad eas gratias quæ non habent speciale ac elegans nomen, quale habent accessus, regressus & coadiutoria. Sed obstat huic considerationi, quod hoc nomen accessus, nouum est, ut in præludijs dictum fuit, & ideo difficile fuerit hoc colligere ex tali vsu communi. Præterea, ut mox dicam, in alijs regulis videtur illa excipi ab appellatione generali, saltem gratiarum, in alijs (inquam) regulis Pauli, qui primus omnium videtur hoc nomine vsus in eis, sicut & suo tempore primus ea voce uti cœperunt, ni fallor, Iurisperiti scriptores. Ideo communis vsus non videtur hic allegari posse.

Secundò pondera dictionem illam, quascumque, quæ ampliat verbum cui adijcitur ad illa quæ simpliciter prolata non comprehenderet, secundum gl. in verb. quamuis Cle. 1. de re iudic. Facit gl. Cle. 2. verb. quouis, de electio. & gl. Cle. si. verb. quouis, de sentent. excommuni. P Tertiò pondera verbum, collationes, quarum de numero est accessus: quippe qui est quædam conditionalis collatio, ut in præludijs est probatum. Pondera quartò exceptionem illam, nec non alias, quam super quibus, &c. quod excipiendo illas, videtur includere om-

nes

nes alias. Quia exceptio firmat regulam in casibus non exceptis. l. Quæsitum. §. Denique. ff. de fund. instruct. c. Quoniam. de coniug. leprosi. c. Dominus. 3. 2. q. 7. Quartò pondera verbum, alijs dispositionibus: quod adiectum verbo, expectatiuas, comprehendere accessum in individuo sentit Cassadot in decis. vnica de pactis. Quamuis dici posset verbum, cum prouisionibus, in illa regula positum, adiectionem esse illius verbi, reseruaciones, superius positi tantum, & non aliorum. Sextò pondera verbum, nec non absque consensu coadiutorias. &c. per quod reuocat etiam coadiutorias quæ sine consensu, etiam cum futura successione concessæ fuerunt. Septimò pondera, quod excipit coadiutorias de consensu concessas, non tamen excipit accessus. Octauo pondera illa verba: sub quibusuis verborum formis. &c. vsque in finem. Per quæ, omnes clausulas gratiarum expectatiuarum, & conseruatiuas, & præseruatiuas tollit copiosè: quia tenores omnium & formas pro expressis habere voluit. Quod sufficit per ea quæ latè in prima exceptione diximus.

Secundò principaliter pro hac exceptione facit. c. fin. de concess. præb. quod de similis reuocatoria regulæ, imo multo minus efficacis affectu agit, & declarat reuocari per eam quod omne ius ad rem in beneficio per literas Apostolicas quæsitum, quantumcumque iuri ad rem fuerit propinquum: modo ad illud non sit penitus peruentum. At per accessum prædictum ante illam reuocatoriam non fuit ius in re quæsitum, ut palam est, & in præludijs fuit probatum.

Tertiò facit, quod per hanc reuocatoriam censetur reuocata omnis dispositio collationem beneficii vacantis non attingens, etiam si sit collatio beneficii vacaturi, propter verbum, collationes, ibi positum. Per quod id tenent omnes in illo. c. fin. Et etiam si beneficium vacasset iam & acceptatum fuisset, secundum omnes ibidem. Imo & si iam iudicatum fuisset, illud beneficium acceptanti deberi, secundum Petrum & Perusum. ibi: imo & si collatio beneficii iam vacantis fuisset facta, sed nondum per collatarium acceptata, secundum Io. And. Lap. Do. & Perusum. ibidem sub finem illius cap. At per hunc accessum ante Pauli reuocatoriam, quæ multis annis præcessit Ludouici mortem non fuit peruentum, nisi ad collationem beneficii vacaturi: ergo reuocatus videtur per illam.

Quartò principaliter pro hac exceptione facit, quod quædo Rom. Pontif. non vult in huiusmodi reuocatorijs accessum comprehendere, solet illum nominatim excipere. Quod patet in regulis eiusdem Domini Pauli. Nam in ea quæ publicata fuit. 11. die Decembris. 1535. per quam gratias omnes expectatiuas à se concessas reuocans excipit accessum & regressum & de consensu coadiutorias. In ea item re-

uocatoria

Expectati-
uarum re-
uocatoriã
regulã om-
ne ius ad
rem per eas
quæsitã tol-
lere: et si ad
acceptatio-
nem & col-
lationem non
dum accep-
tatã fuerit
peruentum.

Accessus ali-
quando exci-
pitur &
aliquando
non in reuo-
catione ex-
pectatiua-
rum.

uocatoria quæ publicata fuit. 22. Augusti. 1536. idem facit. Cum igitur in hac reuocatoria solum exceperit vnum ex illis tribus, nempe coadiutorias de consensu beneficiarij concessas; consequens videtur cum noluisse accessus excipere: quia vnus inclusio alterius videtur exclusio. l. Cum prætor. ff. de iudic. c. Nonne. de præsump.

Quintò principaliter pro conclusione hac facit decisio illa singul. doctissimi Cassadoris in tit. de pactis, scilicet, per alternatiuam concessam ordinatio quoad sex menses tolli coadiutorias, quæ cum futura successione dantur: quamuis nulla de illis mentio fiat.

Alternatiuam ordinariarum coadiutoriarum tollere.

Contra tamen hanc exceptionem facit primò, quod eam consequeretur idem esse dicendum de omni regressu ante illam reuocatoriam à prædecessoribus D. Pauli concessa, quia par videtur ratio in illo, ac accessu: ergo eodem iure sunt censenda. l. Illud. ff. ad. l. Aquil. c. Inter cæteras. de rescr. Quod tamen subdorum videtur.

Secundò facit, quod casus exceptus à regula per rationis paritatem ad alium extenditur. l. His solis. C. de reuocand. donat. c. Cum dilecta. cum multis quæ ibi citat. Dec. de confirmat. vtil. At in reuocatoria prædicta. D. Pauli excipitur coadiutoria de consensu concessa: ergo pari vel maiori ratione accessus & regressus videbuntur excepti. Tertiò facit, quod statutum in vno coæquatorum extenditur ad aliud. c. Translato de constit. l. Si quis suo. C. de furtis, adiuncta gl. c. Miramur. de seruis nō ordinand. gl. memorabilis in. c. Si postquam. de electio. lib. 6. At regressus, accessus & de consensu coadiutoriarum in hac materia videntur exæquata. Quod satis videtur colligi ex duabus regulis D. Pauli, quas in quinto argumento pro exceptione formato supra citauimus.

Quartò, facit quod in his accessibus, vt fertur, compositio interuenit. Et si gratis quandoque conceduntur, id fit respectu laborum & meritorum antecedentium. Ergo quandam contractus vim habere videntur vt Bald. ait in. l. Qui se patris. col. pen. vers. Hoc scias. C. vnde liber. id quod princeps concedit percepto pretio, dicitur contractus venditionis & non priuilegium, etiã si vtatur verb. indulgemus. Et idem dicit Bald. de illo pro quo princeps habuisset aliquam dationem vel factum quod habeat commensurationem cum re concessa. Contractum autem princeps non potest reuocare. c. 1. de probat. cum alijs multis, quæ ibi ab hinc biennium scripsimus post Are. Feli. & Dec.

Quintò facit, quod priuilegium etiam subdito concessum pretio, vel re quæ pretio æquipollet, recepta, imò & id quod ob renunciationem conceditur reuocari non potest, secundum ea quæ post Are. Feli. allegat in. c. Nouit. de iudic. n. 8.

Ad

Ad horum primum respondeo, negando ex nostra conclusione inferri quod per regulam prædictam regressus ante illam concessi censentur reuocari. Alia est enim & longè maior ratio quare regressus non reuocetur. Quia primo regressus est reditus quidam in ius pristinum, cui maximè fauemus. ca. Ab exordio. 35. dist. l. Si vnus. §. Pactus ne peteret. ff. de pactis cum multis alijs quæ in hoc congerit Felin. in. c. Cum omnes. nu. 8. de constit. & in. c. Cum accessissent. nu. 5. eo. tit. & Cassador. in specie loquens de regressu tradit in decis. 1. de pactis. Secundò, quod regressus causam habet de præterito, accessus autem minime. Tertiò, quod per regressum non sic præiudicat prædecessor Papa successoris suo: quoniam solum concedit ius quod olim habebat is qui ei renūciauit, quod etiam tempore successoris habuisset, etiam si nil præcessor disposuisset.

Accessus & regressus esse in fauore pares.

Ad secundum respondeo primò, concedendo vnum casum exceptum à lege ad alium similem extendi, negando tamen illam reuocatoriam esse legem. Sed quia c. fin. de concess. præb. reuocatoriam appellat constitutionem, & omnis constitutio lex quædam est. c. Lex. 1. dist. Ideo & regulæ Cancellariæ dicuntur leges saltem temporariæ, vt gl. & Gome. tradunt in earum proçem. Securius est responderi secundò, negando rationem eandem militare in accessu ad illum cōferendum, quæ militat in coadiutoria. Quoniam per coadiutoriam cultus augetur diuinus & illius suppletur defectus. c. Quoniam in plerisque de offic. ordi. c. si. de cleric. agr. c. Indicas. 3. q. 9. c. Scripsit cum tribus sequentibus. 7. q. 1. c. 1. de cler. agr. li. 6. Et graue præiudiciū fieret ecclesiæ illarū sublatione. Quoniam licet aliquot nomine tantum sint coadiutoriarum, multæ tamen sunt re ac nomine vtilis & necessaria: cū tamen accessus ecōtrario sint fere omnes alterius generis, vt palà est.

Accessus coadiutoris inferior est fauore.

Ad tertium respondeo, negando illa tria in iure equiparari. Quoniã in nullo cap. rotius corporis iuris ea tria inuenias. Et quamuis in aliquot regulis nouis ex æquo de illis disponatur: non tamen ex hoc sequitur illa esse vt plurimum coæquata. x Et ad hoc vt statutum in vno æquiparatorum habeat locum in altero, nō sufficit ea in aliquo adæquari, sed oportet regulariter exæquata esse, secundum Angel. in §. Ius ciuile. n. 20. vers. Tertio fallit. de iure nat. gent. & ciuili. & Deci. in. c. Translato. de constit. Quanquam non oportet ea ita exæquari, vt nulla inter illa differentia inueniatur, secundum Franc. Aret. in. l. Ex facto. n. 6. ff. de vulg. Adde quod Cassador hoc in his terminis videtur sentire in decis. 1. de pactis.

Statutum in vno æquiparatorum locum habet in altero, quando regulariter sunt exæquata, nō aliter.

Ad quartum & quintum simul respondeo primò, concedendo regulariter non posse principem sine causa reuocare suum contractum, neque priuilegium ob pretium vel remunerationem concessum.

E At nego

At nego primò tale pretium interuenire in his, vel sic benemerita considerari, vt gratiam faciant transire in vim contractus. y Quoniã hoc consequeretur, Papam vendere beneficia. Quo dato, quod sine vitio posset, (quod tamen multi & in his Caietanus negant, de quo nunc nil pronuncio,) tamen Sedem Apostolicam parum decet id audire. Quare malim dicere pecunias illas non in pretium gratiæ, sed in quandam Sedis Apostolicæ dignitatis honestam sustentationem de more pio accipi. Secundò dico, regulam illam limitandam esse in priuilegio per quod ius perfectum & irreuocabile acquisitum est, secus si ius reuocabile, secundum Areti. in. c. Nouit. de iudic. quem sequitur Fel. ibi. n. 8. Et vterque ponit exemplum in materia nostra, scilicet, in c. i. cum ibi notatis de concess. præb. li. 6. Facit id quod ait Bartol. in. l. Qui Romæ. §. Flauius. ff. de verbor. communiter receptus, scilicet, eum qui donauit alicui cum pacto, quod post certum tempus res sit ecclesiæ, posse remittere illud pactum in præiudicium ecclesiæ: saltem si nil in hoc illa egit. Quoniam, vt ibi ait Imol. l. Id quod nostrum. de regul. iur. ff. de illo quod nostrum est, irreuocabiliter intelligitur, non autem de illo quod reuocabiliter. Tertio respondeo eum qui a accessum & alias gratias expectatiuas à Roman. Pontifice siue gratis, siue pretio impetrat, ea conditione saltem tacite impetrare, vt si in vita concedentis non habuerit effectum, postea per successorem possint reuocari. Quoniam omnes Pontifices post Bonifacium Octauum, cuiusmodi reuocationes facere consueuerunt statim post suam promotionem. Et quæ consueuerunt fieri, tacite intelliguntur. c. Cum M. de consti. l. fina. C. de fideiussor. l. Quod si nolit. §. Qui assidua. ff. de ædi. edicto. Et ideo si quidquam damni huic proueniat, imputet sibi qui debuit id præuidisse.

Quartò respondeo, principem Roma. ex iusta causa posse reuocare contractum & priuilegium pretio concessum argu. l. Lucius. ff. de euitio. & l. Item si verberatum. ff. de rei. vendi. & eorum quæ late traduntur in. c. Quæ in. de consti. & in. c. i. de probati. per Fel. & Dec. & alios per eos citatos alibi. Et secundum communem opinionem præsumitur princeps in dubio facere cum causa, quado facit aliquid quod sine illa non potest, vt tradit Ci. in. l. fin. C. si cont. & Pan. communiter receptus in. d. c. Quæ in. & in. c. Ad hæc. infra eo. Hæc tamen solutio non videtur firma. Nam vt in illo. c. Ad hæc. dicemus, illa opinio communis non videtur vera, per ea quæ Fel. & Decius tradunt, contra Panor. in illo. c. Quæ in. & Decius contra eundem in. d. ca. Ad hæc. & in. c. Cum inter. de exceptio.

Quintò respondeo, pecuniam quam Rom. Pontifex propter huiusmodi accessus accipit ad suam personam sustentandam, accipere veluti

y
Beneficia si
ue vendi pos
sunt siueno
à Papa. pa
rum tamen
debet id de
ipso dicere.
Cum quod
ipse facit
honestiore
nomine ap
pellari
queat.

z
Priuilegiū
pretio con
cessum sine
causa ir
reuocabile
quando sal
tē ius per
fecte fuit
quæsitum.

a
Consuetu ta
cite intelli
gi, & ideo
expectati
ue reuocan
da facultas
tanti tacito
successori
reseruari.

b
Causa non
presumitur
in principe
quando fa
cit, quod si
ne illa non
potest, con
tra Ci. &
Pan.

reditus quosdam suo tempore prouenientes. c Et quamuis per eam obligetur ipse ad seruandum illos dum viuit: non tamen ideo successor ad id tenetur, arg. eorum, quæ in c. i. de solutio. notantur & in. c. fin. ne prælat. vices suas. & in. l. Defuncta. ff. de usufr. & quemadmo. d Et hæc videtur ratio germana quare in hac reuocatoria Paulus non excipit accessus, & in reuocatorijs alijs posterioribus excipit. Quoniã in hac reuocat prædecessorum gratias, in alijs vero suas. Et magis tenetur ad conseruandas suas, quam alienas propter compositionem secum factam. Et quia per huiusmodi accessus & compositiones prædecessorum quoddam præiudicium fit successoribus, dum collationes eorum tempore vacaturas & pecunias eorum tempore recipiendas illi præsumpserunt & præoccuparunt: quare merito eos successores reuocare possunt.

Sextò ac postremò, quod attentè perpendendum æstimo, argumētum hoc nil aduersum me cōcludit, vel euincit non potuisse Papam per illam reuocatoriam accessibus derogare: quod tamen nullus iuris peritus, mea sententiā, dicere audeat: nam si expresse accessus sustulisset sicut & coadiutorias sine consensu concessas, nemo diceret eos non fuisse sublato propter rationes præactas. c Et quia materia est beneficiaria, in qua Papæ secundum communem quod libet licet, & quem voluerit sine vlla causa suo beneficio priuare, per multa quæ tradebat Fel. in. c. Quæ in. de constit. n. 39. Quamuis nos in contraria soleamus esse opinione secuti Cardin. in consil. 141. Sanctissimus dominus noster. In qua etiam nunc perstamus, quoad beneficia iam quæ sita: quamuis quoad expectatiuas & alias gratias beneficiorum quærendorum, omnino nouè (quod addo propter regressus, per quos solum restituitur ius antiquum) quæ vt semper fuerunt iuri exorsæ, ita nonnunquam Deo displicent, nunquam à communi discessimus, neque nunc discedimus. Imo arbitramur erudito cuiuslibet visum iri, iustius posse Ro. Pontificem tollere accessus à suis prædecessoribus concessos, quā alias generaliores expectatiuas. Quoniã primò ratio pecuniæ à prædecessore acceptæ sibi non obstat per quintam solutionem. Et secundò illi maius mortis alienæ captandæ votum inducunt, argu. c. 2. iuncto. c. Accedens. & ca. Constitutus. de concess. præben. Vnde ecclesia Gallicana etiã regressus nullatenus admittit, quasi peccatorum quædam fomenta & animarum scandala. Quod & nos seruari olim vidimus, dum in Academia Tholosana multis nominibus nobis suspicienda prælegebamus, & Petrus Rebuff. in. glos. 2. tit. de referuat. in Concordat. testatur. Vt ergo semel finiam & quod sentio liberè dicam, iuri consonantius videtur per eam reuocatoriam regressus quidem non renouari. Quia iure antiquo & in id reditu

c
Privilegiū
concessum
pretio pro
sua persona
suscepto à
principe per
successorē
reuocari
posse.
d
Accessum à
se concessum
Papa nō tā
facile reuo
cat, ac à præ
cessore con
cessum: &
ratio ger
mana huius.

e
Beneficijs
in ecclesia
sticis: quod
libet licet
Papa, secun
dum commu
nem. Quod
non videtur
verū quoad
omnia: quæ
uis quoad
tollēdas lit
ras de vaca
turis, regu
lariter sic.

favorabili nituntur. Non item coadiutoria de consensu concessa. Quia ille præseruantur expressè. Accessus autem reuocari, nisi stilius Curia aliud habeat, quod certe mihi necunde constat, neque arbitrator constituisse rerum Romanarum peritissimo Cassadori. ^f Quare etiam atque etiam habentibus accessus consulo, ut si quando antequam illi sortiantur effectuum Roman. Pontifex qui eos concessit moriatur, conseruationem illorum à successore requirant: nisi eorum quos intra annum morti suæ proximam concessisset. Quoniam illi per regulam quæ decima est Pauli, & duodecimam Innoc. conseruantur.

Exceptio decimaquarta & vltima.

Exceptio decimaquarta quæ materiam. ca. 1. supra eod. & huius capit. tangit illa est, quod competitor est filius illegitimus cuiusdam viri magno in pretio, cum apud suos, tum apud Romanos habiti, qui ante Ludouicum nostrum præcessorem hanc, de qua contendimus, Cantoriam obtinuit, & in fauorem eius resignauit. Et constitutio Clementis septimi exstat, quæ filios illegitimos excludit à successione in beneficijs parentum siue mediata, siue immediata in hæc verba.

^g Clemens 7. & c. Sanè postquam se. r. h. Alexan. Papa. 3. prædecessor noster filios præsertim sacerdotum in ecclesijs paternis succedere prohibuerat, easque nihilominus media intercedente persona filios ipsos habere disposuerat, cum passim sacerdotes ut ecclesijs suis filij eorum potirentur satagentes, in Alexandri prædecessoris huiusmodi dispositione confisi, ecclesias suas quas ad eorum peruenire filios constituebant, in fauorem personarum, quæ ecclesias ipsas etiam illarum possessione non habita in ipsorum resignantium filios ex fornicatione genitos ilico mox resignare, ipsique filij ecclesias ipsas dispensatione super natalium defectu, quem ex dictis sacerdotibus resignantibus geniti patiebantur (etiam patris nomine expresso) obtenta, consequi hæctenus consueverint: profecto perniciosum semper & abominabile ac in grauem diuinæ maiestatis offensam tendere, videlicet, quod ipsi presbyteri eorum crimè, quod erat occultum, non sine turpitudine ob inordinatum spuriorum filiorum amorem detegere non erubescerent, iudicauimus. Proptereaque ubi tempus (quod omnia palam facit) & præsentium ratio quid in futurum sit cauendum admonet, merito admonemur, ut ad tollendum huiusmodi abusum necessariū arbitrati sumus eiusdem Alexandri prædecessoris canonè corrigere potiusquàm talia cum tanto hominum scandalo tolerare. Habita igitur super his cum venerabilibus patribus nostris, sanctæ Romanæ ecclesiæ

^f
Accessum
habenti cō
siliū vtile.

^g
Clementina
constitutio
nis de filijs
presbytero-
rum paten-
tibus me-
diateneque
immediate
vis sacro-
dotij substi-
tuendis re-
mor.

^h
In. c. ad ex-
tirpandas de
filijs presby-
tero.

Ecclesiæ Cardinalibus matura deliberatione, de eorum consilio & vna nima consensu, auctoritate Apostolica tenore præsentium statuimus & ordinamus, quod de cætero filij presbyterorum ex fornicatione nati ecclesias cathedrales, etiā metropolitanas ac monasteria, quibus eorum patres præfuerunt, ac seu illa & illas dignitates, etiā maiores & principales, personatus, administrationes & officia, etiā curata & electiua, & alia quæcunq; beneficia ecclesiastica cum cura & sine cura, secularia & quorūvis ordinū regularia, quæ presbyteri & clerici & religiosi eorum patres in titulū, vel commendam, aut administrationē, seu ut alijs perpetuo vnita aliquando obtinuerunt, nullo vnquā tēpore quoquo modo obtinere possint, nec cum eis super hoc dispensare intendimus. Et si quas dispensationes per nos cōcedi contigerit, tanquam per præoccupationē & cōtra mētem nostrā concessas eis nullatenus suffragari, talesq; dispensationes nostris volumus exulare tēporibus. Et quod nobis licere nō patimur, nostris successoribus indicamus, nō obtate præfati Alexandri prædecessoris & alijs cōstitutionibus & ordinationibus Apostolicis cæterisq; cōtrarijs quibuscūque. Hæc Cle. De qua cōstitutione aliqua nō omnino contēnēda superiore anno in. c. 1. de præb. quoad alia proposita differuimus. Quoad præsens verō præsuppono, Clementinā hæc post huius qualis qualis accessus cōcessionem fuisse editā: quoniā accessus à Leone 10. fuit cōcessus, Clementina vero hæc à Clem. 7. Est ergo nūc dubium plusquam mediocre, in quo libentius audirē alios differētes, & pronūciantes, quā differere ac sententiā ferre, nisi me necessitas cogeret, scilicet, anne Clementina hæc obstet cōpetitori quo minus per hūc accessum succedere in hac Cantoria possit, si is alioqui valuisset, neq; reuocatus foret. Et pro parte quidē negatiua multa faciūt. ^h Quorū primū est, quod lex non extenditur ad præterita. c. fi. de const. l. Leges. 2. C. de legi. & l. de vsur. C. de vsuris. c. Antetrienū. 3. 3. dist. c. Proposui. 82. dist. Quod procedit etiam quando ratio legis antecessisset legem. Quia per hoc prohibitio legis non trahitur retro ad tempus antecedens, sed solum ad futurum, secundū Bal. not. 6. & Salicet. col. 1. in l. Testium. C. de testib. per illum textum, quos sequitur Felin. in ca. fin. de const. Quæ ampliatio maximè inseruit nostro proposito. Quoniam ratio prædictæ Cle. illius prohibitionem præcessit, ut ex ipsius proemio satis colligitur. Neque illi obstat gl. memorab. Cle. 1. de concess. præbend. verb. censemus communiter recepta, quæ habet illi Clementinæ locum esse in præteritis. Quoniam ratio illius æque præterita respicit ac futura. Quam etiam Felin. ipse colum. 7. illius. cap. vltimi commendat. Pro qua etiam facit quod Bartol. in l. Omnes populi. num. 44. ait, legem annullatiuam extendi ad præterita, quando causa annullatiua sube-

^h
Lex futura
tantum, &
non præter-
ita respicit:
etiam si ra-
tio legis
æque præ-
terita ac fu-
tura respi-
ciat, si mo-
do ratio nō
concludit ne-
cessario:
imo etiam
si ratio ne-
cessario cō-
cludat dum-
modo lex
ad sola se
futura com-
trahat.

rat de præterito. Non inquam, hoc obstat. Quoniam primo, vt Felin. ait in principio illius cap. aliud est declarare & interpretari ius antiquum iam conditum, & aliud moueri ex ratione per quam lex non declaratur, sed assumitur pro fundamento legis nouæ condendæ. Hæc tamen solutio non videtur satisfacere. Quoniam solū procedit quando certum est, legem quæ conditur esse nouam. At gloss. præd. cum communi probat, legem præsumendam esse declaratoriam, quando ratione antiqua, quæ ita concernit præterita sicut futura nititur. Quare secundo respondeo, ampliationem hanc procedere in ea ratione, quæ sola sine nouo statuto non concludit necessario seruandum esse, quod lege noua statuitur. Illa vero gloss. in ea ratione quæ necessario concludit, & sola sine lege noua conuincit id quod per eam statuitur esse seruandum: etiam si nouè non statueretur. De qua duplici ratione profundius, vt arbitramur, alijs anno superiore in. c. Ratio nulla. de præbendis egimus. Sed hæc huius ampliationis resolutio applicata huic Cle. videtur concludere illam ad præterita extendendam esse. Quoniam ratio qua ea nititur concludit, quod in illa statutum est seruandum fuisse, etiam si ea nunquā prodisset. Quoniam testatur præmium eius, perniciosum semper & abominabile ac in grauem diuinæ maiestatis offensam tetendisse contrarium eius quod hic statuitur, & ita fuisse peccatum, & per consecutionem non faciendum. Quare tertio sed clariùs & tutius respondeo, gloss. illam illius Clem. 1. de concess. præbendis. procedere in dubio, quando scilicet, non apparet aliunde legem illam tantum futura respicere, vt in casu illius Cle. 1. At per hanc de qua loquimur ipsam Clementinam clare aperitur non esse illi locum, nisi in futuris. Verba enim eius sunt: statuimus & ordinamus, quod de cætero &c. Quæ dictio efficit, vt constitutio etiam antiqui iuris declaratoria in qua ponitur sola futura respiciat, per tex. omnium optimum coniuncta glo. verb. de cætero. de postulat. prælat. lib. 6. Textus etiam est aptus. in cap. fin. de sponsa duor. Tradunt Imol. col. 6. post Anto. & Feli. col. 7. in illo. c. fin. & Barto. in. d. l. Omnes populi. n. 43. Ratio est ad manum: quoniã in certis locis non est coniecturis. l. Cōtinuus. §. Cum ita. ff. de verb. Nam & dictum Bartoli supra pro illa gl. citatum in lege quæ non se contrahit ad futurum procedit. Loquitur enim in illo articulo Barto. de lege, quæ nec se ad præterita extendit, neque ad futura contrahit. Cum ergo is accessus præcesserit hanc Cle. non videtur tolli ab illa quæ se expressè ad futura contrahat, licet ratio eius eam præcessisset, & talis fuisset, quæ sola sine hac lege concluderet esse malum & prohibitum quod ipsa prohibet. Et denique licet iuris antiqui declaratoria esset & non inductoria noui.

Secundò

Secundò principaliter pro hac parte negatiua, scilicet, hunc accessum non fuisse per illam Clementinam superuenientem sublatum i facit, quod quando accessus conceduntur, compositio quædam pecuniaria interuenit, per quam Romano Pontifici aliqua pecunia soluitur, vel si gratis conceditur, id fit ob remunerationem laborum & aliorum, quibus de Sede Apostol. bene meriti sunt hi quibus conceduntur. Quod testatur Cassador. in decis. 1. de pacis, & experientia docet. Et ita concessio accessuum quandã vim contractus habet, per ea quæ citata fuerunt in quinto argumento contra exceptionem præcedentem supra formato. At contractum suum non potest princeps sine iusta causa tollere. c. 1. de probat. Ergo neque Clemens accessus antea concessos.

Tertio facit, quod inter competitorum & Ludouicum transactio quædam facta fuit, qua competitor renunciauit iuri quod se habere prætendebat in hac Cantoria, vt Ludouicus consentiret accessui per Papam concedendo. Et ne dicas hanc transactionem illicitam fuisse, considera auctore Papa eam factam esse, nec id simoniacum iure naturali vel diuino esse, sed tantum positiuo & humano, per ea multa quæ anno superiore in. c. Dilecto. de præb. scripsimus. At Papa contractus inter partes factos non solet tollere, argu. per locum à speciali Cle. dudum. §. fin. de sepul.

Quartò principaliter facit. c. Detestanda. de concess. præbendis. lib. 6. Vbi videtur esse casus pro hac parte adiuncta quadam determinatione Imolensis, quam refert & sequitur Domi. ibidem. colum. 3. sub finem. Capitulum enim illud reprobatur promissiones omnes conferendi beneficia, & Imolen. tenet intelligendum esse tantum de promissionibus faciendis & non factis, dato quod factæ nondum suum sortitæ fuissent effectum. Ergo pari modo Clementina hæc, quæ tollit omnem succedendi modum filijs illegitimis in beneficia paterna, intelligi debet de modis succedendi concedendis & non concessis.

Quintò facit quod lex noua non comprehendit futura, quando ea comprehendendo inuolueret præterita in quæ non extenditur, arg. c. Super eo. 1. de appell. & est gl. memorab. quæ secunda est Cle. 1. de test. Quam Car. Panor. Imol. & Rauennas ibi & Corset. in sing. verb. Lex, & Fel. in illo. c. fi. col. 12. pro singulari cōmendarunt & approbarunt. Quam pulchrè declarauit Domi. in. c. Ex antiquis. col. 4. vers. Tertio. §. 4. dist. At in casu proposito aliquid inuenitur præteritum, nempe concessio accessus; aliquid futurum, nempe illius executio. Et Cle. hæc non potest executionem illã futurã tangere, nisi etiã ipsius accessus concessionẽ præteritam inuoluet. Ergo eius executionẽ non tanget.

E 4

Sextò

Accessus per
compositio-
nem pecu-
nariam ob-
tineri.

Dubia est
& contra cō-
munẽ, quod
solutio do-
cet.

Lex nõ res-
picit futu-
ra, quando
id faciendo
involueret
etiam præ-
terita.

i
Ratio alia
de præteri-
to legem ef-
ficat decla-
ratoriã alia
non item: si-
cut & alia
concludit ne-
cessario alia
non.

k
Lex etiã an-
tiqui iuris
declarato-
ria solum
futura cõ-
prehendit:
quando se
ad illa tan-
tum cõtra-
hit.

o Sextò facit, quod lex noua nō respicit effectus, etiam futuros actus præteriti & perfecti. c. fin. de constitut. coniuncto. c. Statuimus. de maior. In. c. enim illo, Statuimus. constitutum fuit, vt inter canonicos maior ordine in cōsiderando minori præferretur, etiam si posterius esset receptus, & in illo cap. fin. declaratum est illuc ca. non habere locum in iam receptis, sed in recipiendis tantū: & non alia ratione, quā quia concessio licet effectus quidam futurus sit, est tamen actus præteriti & perfecti, scilicet receptionis antea actæ. Facit. l. Iubemus. C. de testa. & l. Testium. C. de test. & c. Ante triennium. 3. dist.

p Septimò faciunt decisiones aliquot doctorum particulares casu proposito similes. Quarum prima sit p Io. An. in Mercuriali regulæ. Sine culpa. lib. 6. col. 13. vers. Ad solutionem, scilicet per legitimatio-
*Legitima-
tio primoge-
niti nō tol-
lit ius secū-
do genito
quæsitum.*
q
q Clementinam Exiui. de verb. signif. quæ fratres Minores declarauit esse inhabiles qui deputarentur testamētorum executores, nō extendi ad executores ante illam constitutionem deputatos. Tertia est determinatio quæ Bartolo tribuitur, quamque ipse tangit in. l. Omnes populi. ff. de instit. & iur. in. q. 5. princip. n. 42. scilicet quod statutum, ne fœminæ succedant, non extenditur ad fœminas quibus iam est delata hæreditas, licet nondum diuisa. Quarta est Imolen. in. c. fin. de constitut. col. 7. quam sequitur Feli. ibi col. 2. scilicet, quod lex noua de lucrificanda medietate dotis vxoris præmortuæ, non extenditur ad dotem vxoris ante illam legem ductæ & post eam mortuæ.
r
r Quinta est Pan. in c. Veniens. de conuers. coniug. n. 7. scilicet, nouum religionis ingressum mariti non præiudicare vxori, quominus replicare possit de mariti adulterio antea perpetrato aduersus ipsum de adulterio vxoris excipientem.

r Sexta est Bald. communiter recepti in. l. Iubemus. C. de testament. scilicet, quod testamentum factum ante legem quæ nouam testandi formam inducit, valet: licet in eo condendo non fuerit illa forma seruata. Quam decisionem ideo tribuo doctoribus, quia licet Iason ibi. nu. 10. & alij multi alibi dicant in illa lege de hoc esse casum: tamen non videtur esse. Quoniam. l. illa Iubemus. non probat hanc conclusionem, nisi de forma inducta per legem quæ se contrahit & arctat ad futura tantum negocia: conclusio vero doctorum comprehendit etiam legem simpliciter inducentē formam sine vlla mentione præteritorum & futurorum. Per quam cōsiderationem certum mihi est & procul à dubio, testamentum ante illam legem conditum valiturum fuisse: etiam si post illam potuisset illud testator mutare & non mutasset. Quinimò arbitror verius esse quod Paulus Castrens. ait
*Testamen-
tum ante
nouam le-
gem perfe-
ctum valet
etiam si se-
cūdam for-
mam eius
non renoue-
tur, etiam
data oppor-
tunitate re-
nouandi.*
in

in illa. l. Iubemus, quam quod Angel. per posteriores magis receptus in Auth. Vt factæ constit. §. Prouinciarum. tenet, scilicet restantem ante legem nouam testandi formam inducentem, quæ non se contraheret expressè ad futura factam, valituram esse, si testator post illam moriatur & cum posset renouare illud testamentum non nouet: quamuis Iason ibi & Feli. in. c. fin. col. 3. de constit. sequantur Ang. Cuius opinionem adeo non probat illud Authent. in illo. §. Prouinciarum. vt supra citato videatur probare contrarium clarè, quidquid Angelus nimium subtilem se præstans rem obnubilet: quod quia nunc demonstrare extrarium est, omitto. Quæ opinio Pauli satis videtur fuisse Petri in. c. 2. de constit. colu. 1. sub finem.

t Septima est Pan. in. c. Pastoralis. §. Verum. de appella. n. 2. videlicet quod quemadmodum appellatio non suspendit excommunicationem latam, & sic actum præteritum, & ideo non suspendit eius denunciationem, & sic actum futurum omnino illi annexum: sic & lex noua non suspendit actum futurum omnino præterito annexum & ab eo dependentem.

t Octaua sit Feli. qui in cap. fin. de const. col. 3. contra Petr. ab Anch. consil. 26. col. fin. determinat statutum, ne fœminæ masculis extantibus succedant, non extendi ad bona quæ ante illum pater pro se ac filijs suis quæsierat. Quam Felini decisionem sequitur Ioa. Crotus in répétitio. l. Omnes populi. n. 73. in versic. Limitatur.

u Nona sit Io. And. verb. incurrere & Petri ab Anchora. col. 2. in. c. 2. de constit. scilicet, legem nouam quæ vetat frumentum à territorio extrahi, non cōprehendere illum qui cœpit extrahere, & ob aliquod impedimentum non extraxit.

u Decima sit Iacobi Butr. quem refert & sequitur Petr. ab Anchar. in repetit. c. 1. de constit. charta parua. 50. col. 3. vers. Subijcio. scilicet, de legato fratribus ante Clement. Dudum. facto non deberi quartā parochæ, etiam si qui legauit post illam Cle. mortuus fuisset.

u Octauò principaliter pro competitore facit, quod res quæ culpa caret, in damnum vocari non cōuenit. c. 2. de constit. regula. Sine culpa. lib. 6. At in nulla ipse fuit culpa, quare is accessus sibi pereat.

u Nonò facit, quod qui licitè renūciat alicui beneficio ob aliquā causam, ea non sequuta, debet habere regressum ad illud. ff. & C. de cōd. caus. da. & caus. no. se. per totum c. Si beneficia. de præb. lib. 6. c. Cum vniuersorum. de rer. permut. cum annotatis in. c. 1. eod. tit. lib. 6. At competitor huic Cantoriæ olim renunciauit in fauorem Ludouici licitè, quia Papa consentiente, illa de causa vt ei concederetur accessus: ergo si accessus is non sortiatur effectum, habebit saltem regressum ad ius illud pristinum cui renunciauit.

^x Nonò facit quod princeps ^x per suam legem nemini præsumitur præiudicare, neque alicui ius suum tollere. l. 2. §. Merito. & §. Si quis à principe. ff. ne quid in loco public. fiat. c. Quamuis. de rescrip. lib. 1. c. Super eo. de off. deleg. Quæ quavis de rescriptis, priuilegijs & alijs dispositionibus priuatis loquantur: tamen etiam in legibus communibus habere locum testatur Cardin. in cap. Ad petitionem. de accusa. oppos. 5. Quem etiam Anani. sequitur. n. 4. Cardinal. enim ibi declarat eruditissimè de more gl. singularem in verbo, pro infectis, Clement. 1. de immunit. eccles. ait, Roman. Pontificem in his quæ sunt iuris positiui posse quidem facta ita pro infectis habere, vt non solum habeantur infecta ex tempore quo illa quassat, sed etiam ex tempore, quo facta fuerunt: id tamen intelligendum esse quatenus id in tertij præiudicium non redundaret. Decius etiam in cap. fin. de constitut. colum. 3. & clarius nu. 13. in eadem est opinione. Pro qua conclusionem facit. cap. 2. & ca. fin. de constit. quæ ideo nolunt constitutiones ad probabiliter ignorantes & actus præteritos extendi, ne cui sine culpa fiat præiudicium: ergo lex principis in dubio nemini præiudicat. At si dicamus, per hanc Clementinam accessum competitoris & alias expectatiuas, quæ filij spurij eo tempore ad ecclesias paternas habebant, fuisse sublatas, multis præiudicasset. Igitur id non est dicendum.

Decimò facit, quod competitor impensas fecit hunc accessum obtinendo in re pertinente ad Papam de consensu ipsius: ergo vel accessus debet illi esse firmus, vel Papa tenebitur actione doli. l. Si cum mihi. ff. de dol. ^z Quæ habet secundum Bart. & communem, eum teneri de dolo, qui opus cœptum in re sua in alterius utilitatem, non permittit ei finire.

Pro cõtraria tamen & nostra parte, scilicet, quod per hunc accessum competitor hanc Cantoriam obtinere nequeat, obstante illa Clementina, faciunt sequentia. Primò quod hæc Clementina statuit vt presbyterorum filij nullo vnquam tempore, quoquomodo beneficia quibus sui patres præfuerunt obtinere possint. At competitor filius illegitimus est eius, qui huic Cantoriæ olim præfuit. Ergo illam nullo vnquam tempore, neque vllò modo obtinere potuit, vel potest post Clementinam illam prouulgatam. At virtute illius accessus antea concessi eam acquirere, est aliquo modo obtinere. Igitur neque illius virrute obtinere potest.

^a Secundò pro hac parte videtur casus in c. Detestanda. de concess. præbend. lib. 6. adiuncta illi opinione Archid. communiter recepta. Quassat enim ille textus promissiones omnes beneficiorum vacaturorum, etiam illas quæ ante illud cap. licebant. Et Archid. ait, quassatas censeris,

Tertio non videtur præiudicare princeps per vllam dispositionem, etiam per legem communem.

Y Princeps si quam legem pro infectis habeat, non præiudicat nisi antea quassato aliter.

Actio de dolo datur in eum qui permisit in tempore & non perficere opus in re sua.

Intellectus communis. c. 2. de concess. præb. lib. 6.

censeri, etiam illas quæ ante illud cap. fuerunt factæ. Cuius opinionem sequitur ibi latissimè Io. Monachus, quamuis incautè Perus. contrarium imponat ei: Eandem sequitur latè Ioan. And. ibidem. Quod ipsum etiam breuiter Guillelmus à Monte Lau. tenet. Satis etiam latè idem probat Petrus ab Anchar. qui cum Perus. rem breuissimè tangente, opinionem Io. And. amplexus videtur. Probus etiam in addit. Io. Monachi, dum eum nullatenus in hoc impugnat, probare videtur. Solus Imolensis relatus & probatus à Dominico ibi contrariū dixit, secundum iuris rigorem esse verius, quamuis crederet in praxi seruandam esse opinionem Archid. & communem, & perpendamus hanc decisionem esse omnium quæ allegari possunt nostro casui simillimam. Sicut enim in nostro casu agitur de beneficio vacaturo, ita in illo. Et sicut ibi promissio erat cum die incerto, scilicet, cum facultas se obtulerit conferendi, ita & in casu nostro, cum scilicet, cederet, vel decederet Ludouicus. Et sicut ibi dies omnino incertus gratiam efficiebat conditionalem secundum omnes ibidem, ita & in casu nostro, vt in præludijs est dictum. Et sicut ibi antequam dies incertus certificaretur, & sic ante impletam conditionem: i. antequam beneficium promissum vacaret, superuenit. c. illud reprobans promissiones per quas ius ad vacatura tribuebatur, ita & in casu nostro antequam dies incertus huius gratiæ eueniret, & ita ante conditionem ad impletam superuenit Clementina prædicta, quæ prohibuit filios illegitimos in patrum beneficia vllò modo succedere.

Neque illa occurrit euasio, nisi à Comuni cum Incol. discedas. Quod tamen non esse faciendum in solutione 4. argumenti pro competitoris facti clarè ostēdam: vel nil pro illo facere illud argumentum demonstrabo. Vel nisi forte quis dicat ^b illam constitutionem satis se ad præterita expressè extendere. Quod Archid. & Guiller. innuerunt, & ipse in medio iudicibus relinquo: rem à me nullatenus monendā, si tam litigatorem, quam æquum consultorem agerem, cum Feli. & alij omnes recentiores, vt indeligher decisionem Imolensis Comuni contrariam tractant, ita parum hoc olfecerint.

Tertiò principaliter faciunt illa multa quæ c. Io. Monach. vir ingenij acumine variaque doctrina præcellens & Ioan. And. cum Petro ab Anchar. in illo. c. 2. ad confirmandam conclusionem tactam in secundo arg. adduxerunt. Quorum de numero est primò, quod ^d debitum conditionale vel incertum omnino diem continens perit, si superueniat impedimentum conditione pendente, vel antequam dies eueniat. Quod tamen intelligo in vltimis voluntatibus. l. Intercidit. ff. de condi. & dem. & etiam in contractibus quoad obligationes perficiendas. l. Quoties. §. 1. ff. de noua. cum annotatis ei per Bart. Secundo quod

b Alius intellectus c. 2. de concess. præb. lib. 6. tangitur.

c Io. Monachus laudatus.

d Conditionale debitum perire propter impedimentum & incapacitatem.

quod dies conditionis adimpletæ tunc demum retrahitur, quando pendente conditione non superuenit aliquid, quod illius dispositionis conditionalis effectum impediatur, arg. l. Bonorum. ff. rem rat. haberi. & c. Si pro te. hoc tit. lib. 6. Tertio, quod si legatarius ante conditionem impletam moriatur, vel alioqui fiat incapax, nil quæritur ei, neque quidquam transmittit ad successores. l. 1. §. Sin autem aliquid. C. de caduc. tollen. l. Si ita legatum. §. Illi si volet. ff. de leg. 1. Et idem si pendente conditione seruus fiat. l. Intercidit. ff. de condit. & demonstrat. cum resolutione Alberici ac Bartoli ei adiecta. Cum ergo accessus is conditionalis sit, cum omnino in incertum diem concessus fuerit, cum impedimentum pendente conditione ac ante diem certificatum euenerit, & ideo retrahi nequeat, cum denique habens illum legatario in hoc exæquetur, vt Old. receptus affirmat in consil. 58. Quidam. & 168. Ad primam. cum antequam dies cederet factus sit competitor incapax, sequitur per illam, hanc Cantoriam obtinere non posse.

e Quartò principaliter facit e quod licet regulariter factum legitime non pereat, quamuis ad eum casum veniat, vnde incipere nõ possit. *Regula factum legitime lib. 6. de actu perfectio & consummatio intelligenda.* regula factum. lib. 6. l. In ambiguis. §. 1. ff. eod. c. Neque furiosus. 3. 2. q. 7. c. pen. de eo qui cog. confang. vxor. fu. l. Adoptiuus. ff. de rit. nupt. in princip. l. Patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alieni iur. l. 1. §. Casum. ff. de postulan. l. Is cui. ff. de testa. tamen illud procedit, quando actus fuit perfectus & consummatus: secus est si actus non esset consummatus. Quia tunc destruitur, quando deuenit ad casum à quo inchoari nõ potest. l. Pluribus. & l. Existimo. ff. de ver. & in. l. Si metallum. §. Si seruo alieno. ff. de his que pro nõ script. in. l. Pro parte. ff. de seruit. in. l. Post finitã. ff. de suspect. tutor. in. l. Si sub vna. §. Si quis viã. de verbo. obligat. Verba enim illius legis pro parte quam Io. Monach. vbi supra cum Io. And. & Petro citat ea sunt: Pro parte dominij seruitutem acquiri non posse vulgo traditur. Et ideo si quis fundum habes, viam stipuletur, & partem fundi sui postea alienet, corrumpit stipulationem: in eum casum deducendo, à quo stipulatio incipere non possit. Hæc ille. Si tamen iam semel quæsitã & constituta fuerat seruitus, quamuis stipulator mortuus duos hæredes reliquisset, seruitus tamen iam perfecte acquisita non perisset, vt habet. l. illa. Pluribus. §. Et si placeat. ff. de verbor. Sic igitur in casu nostro prouisio conditionalis & sub omnino incertum diem facta & nondum perfecta, sed pendens quam is continet accessus perijt, cum, antequam perficeretur, ad tempus huius Clem. peruenit, à quo iam incipere non poterat.

f Quintò facit, quod f ius omne ad rem ad aliquod beneficiũ acquisitum

f Beneficium ad ecclesia ficut ius per irregularitatem & inhabilitatem superuenientem perdit.

fitum perditur, si inhabilitas vel irregularitas superueniat illud haberi ante quam ius in re perfectum consequatur, per illa multa quæ supra in except. 9. pag. 32. vers. Non obstat. late adduximus. At competitor longè antequam ius in hac Cantoria perfectum quæsiisset, factus est per hanc Cle. inhabilis. Ergo si quod ad rem ius habuit, perdidit.

g Sextò facit g quod inhabilitas superueniens potentius est ad tollendum ius ad rem & eius perfectionem impediendam, quam e contrario ius illud ad rem ad inhabilitatem superueniat arcendam. Exemplum primò in hærede, qui licet tempore testamenti facti & mortis testatoris reperitur ad hæreditatem ad eundam habilis & ius ad rem multo maius habeat, & multo ad ius in re propinquius, quam qui habet accessum ad beneficium nondum mortui. Si tamen ante aditam hæreditatem deportetur, perdit ius ad rem illud antea sibi quæsitum, non contra, per illud ius à deportationis inhabilitate, quoad illam hæreditatem præseruatur. l. Si alienum. §. In extraneis. ff. de hæredi. insti. §. In extraneis. de hæred. qualit. & different. Exemplum secundò in legatario conditionali: nam is perdit suam spem, si pendente conditione moriatur aut deportetur, & durante deportatione dies cesserit, vel conditio impleta fuerit. l. Intercidit. cum resolutione Alber. Bartol. & Communis. ff. de condit. & demonstrat. & l. Interuenit. ff. de legat. præstand. l. Si cognatis. ff. de reb. dub. cum eis annotatis. Et constat tantum, imo plus iuris esse legatario conditionali in legato post testatoris mortem, quam habenti expectatiuam vel accessum ante mortem eius, in cuius beneficium est successurus vel accessurus. Ergo & si habens expectatiuam, vel accessum fiat incapax antequam dies cedat, eadem imo maiore ratione perdit ius ad rem quod habebat: vel saltem durante illo impedimento non poterit illud ad ius in re transferre. Exemplum tertium in contractibus sit de illo qui obligationem conditionalem in puram nouauit, & pendente conditione deportatus fuerit. Nam si durante deportatione conditio adimpleatur, non censetur obligatio nouata. l. Quoties. §. 1. ff. de nouat. Per quæ omnia vides ius illud ad rem & spem debitum iri per illam incapacitatem superuenientem tolli, non contra, per illud ius ab incapacitate præseruari habentem illud.

h Septimò pro exceptione nostra facit h quod nemo diceret cum qui expectatiuam generalem ad primum beneficium vacaturum, quod duxerit acceptandum, ante illam Cle. habuisset, posse acceptare beneficium quod patris eius mediate fuerat, si post illam Cle. vacasset. Et non alia ratione, quàm quia per illam Clementinam factus fuerit inhabilis ad illud, non obstare quam prius habuit expectatiua.

Ergo

g Ius ad rem tollitur per incapacitatem: non contra incapacitatem superuenientem. Quod ita esse in hærede, legatario & aliquando contractibus præseruatur.

h Expectatiua generalis ante Cle. de fil. pres. impetrata ad nulla beneficia paterna prædest.

Ergo inhabilitas per illam Clementinam inducta efficit, ne ius ad rem ante habitum in ius in re transire possit.

ⁱ Et ne dicas primo per accessum ius ad rem fuisse quæsitum, per expectatiuam generalem autem minimè, secundum Gomefium in q. 1. de non tollen. iure quæsito. pag. 9. vers. Quarto modo. num. 33. considera primo eius fundamenta id non probare. Nam primum, scilicet decisio Egidij. 667. Auditor deputatus. non agit de expectatiua pura, sed conditionali. Vel ^k quia omnis expectatiua est conditionalis gratia, vt ait ipse in decis. 358. Acceptatio. & clarè sentit Old. consil. 58. Quidam. & consil. 68. Ad primam. & in præludijs est dictū. ^k Vigilantius dico Egidium non agere de expectatiua, quæ vna tantum conditione omnibus expectatiuis communi suspenditur: sed de expectatiua quæ præter illam habet aliam, scilicet, si per solertem indaginem inuentus fuerit idoneus, vel diuini, vel humani iuris peritus, vel aliam similem. Is enim ante hanc conditionem extrinsecam purificatam non habet ius in re neque ad rem, vt ait Egidius. Argumentum autem nostrum in illa expectatiua, quæ vno generali modo est conditionalis, fundatur. Non probat etiam secundum, ratio videlicet illa quod non solum mandatum de prouidendo, sed neque alius titulus de futuro est habilis ad producendum siue causandum ius in re. Nam hæc ratio æquæ in accessu concludit, ac in alio mandato: nisi qua parte accessus continet collationem, saltem conditionalem. Non probat etiam tertium, scilicet. Decisio Egidij. 564. Conclusio quod gratia. Quoniam illa solum probat per mandatum de prouidendo ius in re non quæri.

Considera secundò, quod aptius in hoc allegari potuit glos. ordinaria. in c. Veniens de renunciat. cui similis est in c. Literis. de rescript. quæ aiunt, per mandatum de prouidendo nil iuris quæri expectanti, sed solum officium iudicis ab eo implorari posse. Quas etiam in iure ad rem procedere dicebat Panor. in illo. cap. Literis. & alijs locis quæ ibi in huius anni initio citauimus. Vbi tamen secuti Hostiens. Imol. & And. Sic contrarium multis comprobauimus, & conclusimus omnibus expectantibus aliquid iuris ad rem quæri ad beneficia suis expectatiuis comprehensa: quamuis alijs fortius & affectiuum alijs, debilius & non affectiuum. Considera tertio, quod neque Pan. neque Communis negat per gratiam quæ beneficium in ea contentum afficit, quæri ius ad rem: & ita in ea saltem procedet argumentū. Nam nemo, vt credo dicere audeat, per eiusmodi gratiā generalem etiam affectiuam ante illam Clementin. obtentam, quem succedere posse in beneficio à patre mediata obtento. Ergo per illam Clemen. etiam iuri ad rem fuit derogatum.

Et ne

Et ne secundò soluas argu. respondendo aliud esse in accessu qui penitus perit, si non sit ei locus in beneficio illo particulari ad quod datur; aliud in expectatiua, quæ in alijs quoque in beneficijs suum potest sortiri effectum, argumento eius quod eleganter Gomefius determinat in q. 1. Regulæ de non tollend. iur. quæ. n. 40. scilicet per prouisionē Papæ cum clausula, modo nō fit alteri ius quæsitum. tolli quidem ius per expectatiuam generalem habitum, non autem quod acquisitum est per accessum, vel regressum. Cuius rationem sentit paulo prius. n. 30. scilicet, quod in altero casu irreparabile damnum fit; cum in alio beneficio verificari non possit, in alio vero non. Ne igitur (inquam) hoc respondeas, cōsidera. 4. quod nolo ipse dicere ius per hunc accessum acquisitum, & aliud per aliam expectatiuam generalem æqualia esse in omnibus, sed solum in hoc quod vtrumque est ius ad futurum, & per neutrum est ius in re quæsitum. Et ideo cum incapacitas inducta per illā Clementinam iuri expectatiuæ generalis præiudicet, sequitur non posse dici per eam ideo non præiudicari accessui. Quia ex eo iam ius quoddam ad rem conditionale quæsitū erat illum habenti. Quod nostro proposito sufficit. Nulla enim alia ratio reddi potest, quare Clementina illā non præiudicet competitori quoad hunc accessum, nisi quia per illam iuri alterius ad rem quæsitum non fuit derogatum.

Septimò facit ^m quod tenentem partem aduersam oportet confiteri, eum cui ante illam Clementinam tanquam proximo cognato debebatur aliquod beneficium, iuxta notata per Domi. receptum in c. Cum in ecclesijs. de præb. lib. 6. quod pater eius mediate ac ante illam Clementinam obtinuerat, posse post illam obtinere. Quod tamen nullus eruditus, vt arbitror, consulere audeat.

Octauò facit ⁿ quod facilius tollitur id quod priuilegio competit, quam quod iure communi. l. Eius militis. §. Si militia missus. ff. de milit. testa. Sed filius presbyteri ante illam Clemen. natus perdit per eam facultatem à iure communi sibi collatam, vt patri posset immediate succedere iuxta. c. Ad extirpandas. de filijs presbyt. Nemo enim, vt arbitror, contrarium dicat. Imo id ad vnguem post illam Clemen. seruatur. Ergo pari vel maiori ratione, qui habet accessum, & ita facultatem ab homine per priuilegium iuri semper ac Deo nonnunquam & hominibus per osum, concessam amittere debet. Et ne dicas aliud esse in accedendi facultate speciatim ad certum beneficium concessa, aliud in facultate iure communi generatim concessa; considera quod licet quoad alia proposita diuersa in eis sit ratio, tamen quoad nostrum propositum, facultatem scilicet, succedendi, vna videtur esse. Nam primò vtrique ante illam Clementinam quæsitā erat facultas succe-

^l Accessui & regressui nō præiudicatur per prouisionem cū clausula, si nondū est aliquod ius quæsitū: sed alijs expectatiuis sic.

^m Beneficium patris per statutū de bitum ante hanc Clemen. filio eius post illā ei conferri nō posse.

ⁿ Clementina de fil. presb. filijs eorum ante illam natis nocet: & facultas succedendi eis cōpetens cū accessu confertur.

succedendi in his beneficijs. Secundo neuter admisit culpam quare sua facultate priuetur. Tertio vterque præcessit illam Clementinam. Quarto neuter habebat vllum ius in re ante illam. Quinto vtriusque beneficium vacauit post illam. Sexto verba Clementinæ vtrumque comprehendunt. Quare igitur alter efficitur incapax & perdit facultatem acquirendi iure communi sibi obuenientem, alter vero capax perseuerat, & non perdit facultatem acquirendi iure peroso valde: & tanto exosiore, quanto specialiore sibi competentem? Et ne dicas facultatem illam succedendi in beneficium patris mediate generalè non esse vllum ius per se subsistens, o sicut neque potestas adeundi hæreditatem, quam quilibet capax habet generaliter absque respectu alicuius hæreditatis præsentis vel sperata secundum Bartol. communiter receptum in l. Is potest. num. 3. ff. de acquirend. hæred. Ne, inquam, hoc dicas, considera quod etiam potestas adeundi hæreditatè quam habet hæres institutus viuo testatore, non est ius aliquod neque spes approbata lege, secundum eundem Bartol. in illa. l. Is potest. nu. 9. p. Et constat eum qui habet accessum ante mortem eius cui est accessurus, non habere plus iuris quam hæres institutus, per ea quæ in præludijs dicta fuerunt. Quoniam quemadmodum testator testamentum suum reuocare potest, ita & Papa quem cõcessit accessum. Et quemadmodum hæres ante testatorem moriens nil transmittit: ita, neque is accessor si præmoriatur ei cui est accessurus, vt palà est. Ergo lex cuius verba comprehendunt filium presbyteri tam habentem accessum, quam non habentem, cum nulli vllum ius viuentibus beneficijs competat, vtrumque etiam quoad sententiam completetur, licet alteri maior spes sit quam alteri. Quia plus vel minus nõ mutant speciem, vt Philosophus ait, & Iurisconsultus probat in l. si. ff. de fun. instruct. Et non solum vniuersalis, qualis est hæc Clemen. sed etiam indefinita omnia quæ sunt eiusdem rationis comprehendit, licet alia sit alia melior & maior. glo. celebris. c. Vt circa. de elect. lib. 6.

• Adeundi potestas alicuius ius per se subsistens, alia non.

• Accessor nõ habet plus iuris ante mortem eius cui est accessurus quàm hæres ante mortem testatoris.

• Argumentum à sufficienti partium enumeratione validum.

Nonò pro hac parte facit 9 argumentum à sufficienti partium enumeratione. Quod est fortissimum. ca. Si enim. de pœnit. dist. 2. versic. Eligat. & Institut. de obligat. quæ ex quasi contractu. nascu. in princip. Aut enim competitor vult succedere in hac Cantoria patri mediate per legem communem, vel per dispensationem. Eligat vtrũ maluerit, per legem communem non potest. Quoniam lex posterior derogat priori. c. 1. de constit. lib. 6. l. Non est nouum. ff. de leg. Et ita hæc Clemen. derogat Alexandrinæ. de qua in. c. Ad extirpandas. de fil. presbyt. Qua parte illa continet filios presbyterorum succedere posse mediatè in beneficijs paternis. Vnde post illam Clem. nulla est

lx

lex cõmunis, per quam liceat filio presbyteri succedere mediatè in beneficio paterno. Ergo competitori non licet iam per illam legem Alexandrinam succedere in hac Cantoria: Non item per dispensationem. Quia nullam talem habet expressam. Sed neque tacitam. Quoniam ex nulla parte literarum accessus colligi potest Papam sciuisse competitorem fuisse filium eius, qui hanc Cantoriam vnquã tenuisset. Ergo nulla via in eam succedere post illam Clem. potuit. At ante illam non successit, vt ex præludijs constat. Ergo propositum.

Decimò facit, quod præiudicium per solà consequutionem & nõ principaliter contingens non habetur in consideratione, textus iuncta gl. fi. in. c. Quamuis. de pactis. li. 6. Quam ad tria ibi putauit singularem Perus. & Georg. in col. 22. & 23. repetitionis illius probat. Quæque ad textum relata habet iuramentum filix renunciantis bonis paternis non censi alijs præiudicium inferre, quamuis filijs eius præiudicet, eo quia illud præiudicium per quandam consecutionem & nõ principaliter fit. In quo illa communiter recepta est ibi à Feli. in ca. Cum. M. n. 29. de constit. & in. c. Humilis. n. 4. de maior. & obed. & in. c. Exhibita. n. 1. de iudic. & in. c. Cum sit generale. n. 9. & in. c. Si diligenti. n. 32. de foro compet. & in. c. Quamuis. n. 16. de re iudic. & in. c. 1. n. 1. & in. c. Illa. n. 2. sub finem de accusat. Facit glo. in. l. De vno quoque. ff. de re iudi. Facit. l. Verum. 2. ff. de furt. l. Fluminum. §. si. ff. de damno infect. & l. Denique. §. fina. ff. de aqua pluui. arcenda. & l. Si quis nec causam. ff. si certum petat. & illa multa quæ allegat more suo ibi Ias. Tradit etiam Pan. in consil. 85. Illud. numero. 5. & Felin. in rub. de treug. & pace. & in. cap. Quæ in ecclesiarum. de constitut. nume. 46. quem citat & sequitur Curtius iunior in consil. 1. nume. 21. Quin & Gomefius in. quæst. 3. regulæ de non tollend. iure quæsit. affirmat per regulam illam non habere locum in iure alterius, quod in consequutionem tollitur, sed solum in eo quod principaliter tãgitur. Imo ibi nume. 9. ait, anno. 1538. in prætorio Rotæ pronunciatum fuisse pœnitentiariam sacram posse tollere ius quæsitum alicui propter incursum periurij vigore. l. Si quis maior. C. de transactio. Quia illud ius non est principale negocij, sed secundo obueniens. At in omnibus hominum actis causa immediata non autem mediata & secundaria & per occasionem inducta attenditur, secundum Compstellam. in. cap. Cum in cunctis. de electio. colum. 4. & Felin. in. cap. Solitæ. de maior. & obedient. & est glo. celebris in. cap. De cætero. de homici. cum alijs quæ Dec. in. cap. fina. in princip. de confirmat. vtil. vel inutil. & in rubri. C. qui admitt. col. 3. tradit. Nam & causam naturalem nõ accidentalem considerandam probatur in. l. Qui habet. ff. de tutel. At per hanc de qua differuimus Clementinam Clemens. 7. principaliter

Præiudicium
primarium
non secundarium
attendendum.
Quod paulo
inferius
resoluitur.

Causam
mediatam
non mediata
tam considerandam.
Et ideo ius
ex periuria
tollit posse
per pœnitentiariam.

F voluit

voluit munditiei sacerdotali & honori cœlibatus, ne ille male audiret, & male audiendo populo scandalo esset, consulere, ac constitutionem Alexandrinam, quæ rei contrariæ occasio erat, tollere. Per cuius sublationem & contrariæ constitutionis, quæ sanctissima est, inductionem, neque competitori, neque ulli alij fit principaliter & immediatè præiudicium, sed solum per quandam consecutionem, de qua nulla est habenda cura per prædicta.

Vt tamen nil taceam quod competitori iuuat, ad hoc pro illo responderi posset primo, negando cum Ludouic. Roma. consil. 176. Istæ sunt. col. pen. & Decio in l. Pecuniam quam. ff. de reb. credit. n. 6. quod quando agitur de præiudicio tertij, non solùm consideratur quod principaliter fit, sed etiam quod in consequentiam & secundario. Quod ea ratione Roman. probat. Quoniam alioqui nulla gratia Papæ diceretur alteri præiudicatiua: cum omnes principaliter fauorem eorum quibus conceduntur respiciant.

Contra tamen hanc solutionem replicari potest primo, quod horum opinio contra communem est. Secundo quod licet vera esset, tamen solum procedit, quando illud ius cui per quandam sequelam derogatur, iam inerat tempore gratiæ alteri factæ secundum Gomesium in illa. q. 3. pag. 3. At cõpetitor non habebat ius in hac Cantoria ante illam Cle. Et ius conditionale ac ad rem non videtur sufficere secundum Gomesij mentem. Quoniam loquitur in materia illius. l. Pecuniã. & illius decisio, quæ communiter recepta est Barto. in l. Post dotem. oppo. 2. ff. solut. matr. scilicet, posse me renunciare obligationi conditionali, qua tenetur mihi Titius, vt conueniatur à Caio ratione puræ qua tenebatur antea quam illo consentiente mihi sub conditione obligaretur. Sed pro competitore facit: quod Alciatus varia & absoluta doctrina parique prudentia & circumspectione vir, ad probans decisionem Bart. prædictam in ea. l. Pecuniam. ait, præiudicium, quod per quandam sequelam contingit, attendendum esse, quãdo id à lege habitum est, vel ab homine ipsius habentis contemplatione. Cuius si dictum referas ad materiam in qua loquitur, videtur cõprehendere etiam ius conditionale. At competitori ius hoc competebat tempore quo illa Clementina facta fuit & sui contemplatione concessum erat. Ergo attendendum est, ne etiam per sequelam tollatur.

Contra tamen hanc solutionem quæ satis exquisita, est replicari etiam potest primo, Alciatum id non exprimere: secundo, nullam eum legem vel rationem quæ id concludat citare. Nam Bald. quem citat in q. 7. l. Postquam. C. de pactis. de iure in re quæsito loquitur. Egid. item qui ad hoc citari posset in decisio. 74. Termini. de iure quæsito in re agit.

Tertiò

Tertiò, quod licet id esset verum cum agitur de derogando alterius iuri per pacta vel gratias principum particulares. Non autem quãdo ageretur de derogatione iuris per legem generalem & publicã corrigentem aliam, quæ suapte natura est talis, vt per sequelam ingrata debeat esse aliquibus & spei & facultatis iam quæsitæ derogatiua. Quoniam, sicut legem quam corrigit, tollit, ita etiam spes commodi ex illa lege sperata tollitur, si nondum ad rem ipsam peruentum fuerit. Quod probat cap. Non debet. de consanguinit. cap. De multa. de præbend. cum multis alijs quæ in proximo argumento adducam. Pro quo facit primò, quod illud dictum: non videtur princeps præiudicare alteri, accipiendum est de alio præiudicio, quam de cogitata per ipsum, vt erudite de more determinat per multa Dec. in consil. 113. col. 2. & 3. post glos. & Pan. in c. Cum olim. de priuileg. & alios multos, quos ibi refert. Secundò facit quod Clem. hæc habet in fine clausulam derogatoriam, quorumcunque cõtrariorum. Quæ in lege saltem generali posita omnia tollit secundum Io. And. in ca. 1. de excess. prælat. col. 3. lib. 6. & sentit Bart. in extraua. Ad reprimendã. verb. non obstantibus. & Card. consil. 25. In Dei. col. fin. & Feli. in. o. Nonnulli de rescript. n. 25. vers. Decima conclusio.

Quartò contra illam doctrinam Alciati est decisio Bartoli communiter recepta in l. Qui Romæ. §. Flauius. ff. de verbor. scilicet, eum qui donauit alicui rem ea lege, vt post certum diem quæreretur ecclesiæ, posse remittere modum donatario, sine respectu præiudicij ecclesiæ, cuius tamen contemplatione ille fuit adiectus, si saltem illa in hoc nihil legit.

Quintò contra solutiones prædictas replicari potest, quod vera resolutio in hac materia sit, quod præiudicium tertij secundarium attenditur, quando actus suapte natura in illud immediate tendit: licet propositum & intentio concedentis in aliud tendat. Verbi gratia: in casu Ludo. Roman. consil. 176. colum. pen. Papa cum derogat conclusioni factæ in causa, principaliter quidem id facit, vt faueat alteri parti. At quia illa derogatio suapte natura in præiudicium alterius partis tendit, attenditur illud, & habet locum regula de non tollend. iur. quæsit. alt. Item si Papa conferat mihi beneficium tuum, licet id faciat principaliter vt faueat mihi, tuum tamen præiudicium attenditur. Quia licet intenta animi eius intentione mediatum & secundarium sit illud præiudicium: intenta tamen ipsius actus natura, immediatè & principale est. Quæ resolutio noua probatur esse vera per illam aliam resolutionem, quã olim in c. Quia diuersitatem. de concess. præbend. post Panor. tradidimus, scilicet, quod errans & culpatus non tenetur de his quæ proueniunt ex sua culpa, nisi quando immediate

F 2 proue-

Præiudicium
tertij præco-
gitatum à
principe nõ
impedit.

Præiudicium
secundarium
quãdo actus
immediate
in illud su-
apte natu-
ra tendit at-
tenditur: li-
cet atten-
ta intentio-
ne animi a-
gentis in
aliud prin-
cipaliter de-
sinetur.

Alciatus
laudatus
paulo post
omittitur.

proveniunt ex ea, vel ad illa specialiter ordinatur. Pro quo facit illud cap. quod putauit singul. Iason in. §. Rursus. colum. 5. Institut. de actio. Vbi. n. 15. Gomefius plurimos citat, sed non Petrum & Perusinum qui docte de hoc differunt in cap. fin. de homicid. lib. 6. Quod facit etiam Gondissalus à Villadie. de irregularit. colum. 20. Cum igitur hæc Clementina immediate ac principaliter ad tollendam constitutionem Alexandrinam tendat, cum suapte natura specialiter non ordinetur ad tollendum hunc vel illum accessum neque alias expectatiuas, cum etiam si nulla talia fuissent illo tempore concessa, nihilominus profuissent, cum item omnia contraria tollat, cum per accidens & occasionem cum eo concurrat, cunque sit ius quoddam conditionale, ac multis modis amissibile: consequens videtur per hanc Clementinam sublatum fuisse.

Vndecimo faciunt decisiones particulares variæ variorum auctorum. Quarum prima sit y gl. multis putatæ singul. quæ quinta est Cle. Vt hi qui. de ætat. & qual. scilicet constitutionem illam quæ prohibet dicere sententiã vel dare vocem canonicis qui saltem subdiacones non fuerint, comprehendere etiam canonicos ante illam Cle. creatos. Et ita noua constitutio comprehendit futuros effectus actus præteriti. Hæc tamen decisio quæ multis & etiam mihi primo aspectu visa est pro nobis facere, quamque magni faciunt omnes ibid. & Feli. in. c. si. col. 11. de constit. parum meo iudicio pro nobis facit. Quia illa Clem. expresse ad canonicos antea creatos se extendit. Loquitur enim de his qui sunt mancipata vel mancipabuntur officijs diuinis. Qua ratione etiam parum facit pro Feli. ac alijs multis eam commendantibus ad hoc, quod noua constitutio comprehendit effectus futuros actus præteriti. Quoniam illi loquuntur de constitutione quæ simpliciter statuit, non se ad præterita extendendo cum tamen illa Cle. se ad præterita respectu effectuum futurorum expresse protendat.

Secunda decisio sit eiusdem gl. quæ secundum Feli. in. d. c. fin. n. 11. & alios alibi probat vnam limitationem illius regulæ, quæ habet nouam legem non extendi ad præterita, vt fallat, quando actus præteritus suam perfectionem à facto futuro expectat. ^z Circa quam decisionem, quæ multis videri potuit pro nobis facere, dico primum eam non elici efficaciter ex illa gl. Quia primo, vt paulo ante dicebam, loquitur in lege quæ expresse ad præterita, scilicet, ad canonicos antea creatos se extendit: cum tamen decisio prædicta & Feli. cum alijs ea ventibus de lege ad præterita expresse non se extendente loquatur. Secundò quia illa gl. non loquitur de re imperfecta neque suam perfectionem à facto futuro expectate, sed potiùs omnino perfecta quæ parit effectus futuros. Loquitur enim de canonico iam plene creato, & cano-

nia

nia plene collata, quæ facultatem ferendi sententiam vel vocem in capitulo dandi parit. ^a Dico secundo, decisionem & limitationem illam, meo iudicio, etiam in se falsam esse, si intelligas eam de actu commutato, nondum tamen suum effectum sortito. De quo videntur communiter doctores eam intelligere. Primo, quia nulla lege probatur. ^b Et à regula non est recedendum, sine probatione necessaria, gl. memorab. in rubri. de regu. iur. lib. 6. & in regula. Omnis diffinitio. ff. eodem Bart. in. l. Quoties. ff. si quis cautio. cum multis alijs quæ in illa rub. olim scripsimus. Secundò, quia Bartol. receptus ab alijs in illa l. Omnes. num. 44. ff. de instit. & iur. ait, ad rem perfectam ratione formæ non extendi legem nouam simpliciter latam. Quod etiam Pan. in. d. ca. fin. colu. pen. cum quo transeunt omnes, affirmat. Tertio dico decisionem huius falsitatem nil nostro proposito obesse. Quoniam ex falsitate illius solum sequitur, huic accessui non fuisse derogaturam hanc Clem. si solum vetuisset accessus & expectatiuas super beneficijs paternis concedi. Quia quoad formam perfectus fuit, licet non quoad suum effectum: quia nondum sortitus erat illum. Quod nos non negamus, sicut & supra confessi sumus legem nouam, quæ irritat testamentum sine certa forma cõfecta, non extendi ad ea quæ ante illam fuere perfecta, licet testantes illi legi superuixerint: & reficiendi oportunitatem habuerint, per. l. iubemus. C. de testa. & ea quæ ibi Paulus annotauit: quidquid Angel. probatus recentioribus parum expendentibus decisionem Bart. prædictam communiter esse receptam, dixerit in Authent. Vt factæ nou. constit. §. 1.

Tertia decisio sit eiusdem gl. quæ secundum Card. & ibi & Fel. in illo. n. 11. singulariter probat constitutionem nouam comprehendere id quod iam præteritum est respectu futurorum effectuum: licet non respectu præteritorum, quando est verorumque productiuam. Super qua decisione dico primo, eam ibi non probari. Quia, vt prædixi, gl. loquitur de illa Cle. quæ se ad præterita extendit: decisio vero doctorum de alia, vt patet ex eorum commentarijs. In quibus pro alia limitatione videas hanc positam; & pro alia, quando lex se ad præterita extendit. Dico secundò, illam sic absolute intellectam etiam videri falsam. Quia primo nullo iure probatur. Nam quæ iura in id citantur non disponunt de re præterita, sed de usu, exercitio, executione, vel ordinatione futura rei præterite. Quæ longe esse diuersa, satis clare colligitur ex doctrina Bar. in. d. l. Omnes. n. 44. & clarius ex resolutione Ant. in. c. fin. n. 15. versic. Tertio casu. & Imol. n. 13. versic. Tertio casu. & Pan. n. 11. & Do. cum. Al. in. c. Ex antiquis. §. 4. dist. Et non est limitanda regula sine probatione necessaria, per supra dicta in. 2. decis. Secundò, contrarium probatur in. cap. Per tuas de maiorit. & obed. iuncto. ca. fin.

F 3 de

^a Lex noua simpliciter loquens non extenditur ad præterita ratione forme perfectæ: & si quoad effectum sint imperfecta.

^b Regulam sine probatione necessaria, non esse limitandam.

^c Lex noua non includit præterita. etiam quoad futuros effectus: si de re ipsa vel de actu ipso & non de usu, effectu aut executione loquitur. Et ea longe diuersa esse.

^y Intellectus Clem. vt hi qui. de ætat. & qual. & gloss. illius quinta.

^z Intellectus Clem. vt hi qui. iuncta gloss. 5. de ætat. & qual.

de constit. iuxta inductionem factam in argumento pro competi-
tore supra formato. Dico tertio, ex eius salitate nil contra nos in-
ferri. Quia nos non contendimus constitutionem de aliqua re vel
actu simpliciter loquentem extendendam esse ad rem, vel actum
præteritum ratione futuri effectus, sed legem agentem de usu & exe-
cutione alicuius rei vel actus futura comprehendere usum & execu-
tionem futura rei præteritæ. Defendimus enim legem prohibentem
quamcunque & qualemcunque futuram successionem compren-
dere successionem futuram: etiamsi quis eam prætendat ratione rei
præteritæ, scilicet, accessus vel alius expectatiuæ antea concessæ. Quod
longe diuersum est. Hoc enim non est extendere legem ad præteri-
ta, illud autem sic, vt mox magis apparebit.

Quarta decisio sit gl. memorabilis iuncto tex. in verb. vtetur. Cl. 2.
de vita & honest. cleri. quæ singular. probat a constitutione prohiben-
tem usum & exercitium futurum alicuius rei vel actus, comprehen-
dere etiã usum & exercitium rei præteritæ. Nam Cle. illa. 2. prohibet
usum vestium virgatarum, vel partitarum clericis, & ait gl. illã com-
prehendere usum vestium antea factarum. De qua decisione dico pri-
mũ illã esse verã. Quoniam vt gl. ipsa subtilissime subiicit, per hoc di-
ctum non extendimus illã constitutionem ad præterita, sed intelli-
mus eã in usu rei futuro, de quo loquitur. Aliud enim est res ipsa præ-
terita, aliud usus eius futurus. Rẽ ipsam vt præterita est, & illius usum
præteritũ illa Cle. non tangit, sed tantum usum futurum. Dico secũ-
do illam communiter recipi. Nam eam probant ibidem Card. & Pa-
nor. & impense commendat. Imol. & Anto. cum Imol. And. Sic. Fel.
& Dec. in dicto. c. fi. & Do. cũ Ale. in. d. e. Ex antiquis. adprobant. Ter-
tiõ dico illam glos. & decisionem quæ ex ea elicitur male applicari à
Feli. in. c. fi. de constit. col. 11. limitationi ipsius quintæ. Quam consti-
tuit ex decisione prima supra relata. Quartõ dico hæc decisionem no-
strũ propositũ maximè iuuare. Quoniam vt illa glo. loquitur de lege
quæ nullã de præteritis mentionẽ facit, ita & nostra Cl. & vt illa loqui-
tur. de usu futuro, ita & hæc de successione futura. Cũ ergo illa dicat
Cl. illam cõprehendere usum futurum rei. præteritæ, ita & Clementi-
na nostra cõprehendet futurã successionẽ ratione rei præteritæ: & ita
futurã successionẽ ad quã cõpetitor ratione accessus. præteriti aspirat

Quinta decisio quæ corroborat quartam sit gl. receptæ per omnes
quæ postrema est. c. 1. de iniur. lib. 6. quæ ait. text. illum qui excõmu-
nicat concedentes vel extendentes pignorationes vel repræsalias ad
clericos, comprehendere eos qui antea concessas extendunt. Et ita
comprehendit usum futurum rei præteritæ.

Sexta quæ confirmat etiam quartam sit glo. singul. Cle. 1. de testa.
scilicet

d
Lex de usu
exercitio et
executione
loquens in
cludit usum
& executio-
nem rei vel
actus etiam
præteriti.

e
Lex punies
extendentẽ
repræsalias
vel pignora-
tiones con-
cludit exte-
ndentem præ-
teritas.

scilicet, quod Cle. illa præcipiens executoribus testamentarijs etiam
religiosis exemptis, vt rationem de sui officij gestione & executione
ordinarijs reddat, includit executionem & gestionem futurã, licet
non præteritam, vt in solutione argumenti quinti competitoris di-
cam. Et ita vides constitutionem de gestione simpliciter loquentem
includere gestionem, & ita usum & exercitium rei præteritæ offi-
cij, scilicet, exequendi antea suscepti. Ad idem allegat Do. & Car. Ale.
in. c. Ex antiquis. 54. dist. post Anto. in. c. Tui. de constit. gl. in verb. trã-
suerint. Cle. 1. de regular. Quæ tamen nil facit: quoniam agit de lege
quæ expresse ad religiosos qui antea transferunt se ipsam extendit.

Septima sit decisio Io. An. in. c. si. de electio. li. 6. col. 1. scilicet. c. illud
fin. statuens formam confirmandi electiones comprehendere cõfir-
mationes electionum præteritarum. Quia licet electiones sint præte-
ritæ, non tamen usus earum & confirmatio, de qua illud cap. agit. Sic
in proposito, licet accessus sit præteritus: successio tamen per eum fa-
cienda futura est.

Octaua decisio sit Guillel. de Suza. & Iacobi de Aren. quem Cy. in l.
2. C. de leg. in hæc verba refert, f statutum vetus continebat, quod
banniti eximeretur de banno solutis. 50. libris, postea superuenit no-
uum statutum, quo cautum est, vt eximantur de banno solutis centũ
libris. Accidit quod quidam bannitus ante statutum nouum vole-
bat exire de banno, dicebatur sibi, quod solueret centum libras. Di-
cebat ipse. ego non debeo soluere, nisi quinquaginta. De hac quæ-
stione fuit controuersia Paduæ apud doctores illius temporis. Et ter-
minatum fuit per Guillel. de Suza & Iacob. de Arc. Parm. quod solve-
re debebat centũ libras. Quia statutum non dat formam futuris ban-
nitis, sed futuris exemptionibus bannitorum: & sic futuris liberatio-
nibus, vbi debet seruari lex noua. Hæc ille. Quid te rogo, nostro pro-
posito aptius, si rem vigilanter conferas?

Nona sit decisio Archid. qui in. c. Deliberatione. de off. leg. lib. 6 sub
finem secutus Guillel. de Suza præceptorem suum dixit, g legem no-
uam quæ formam procedendi & pronuciandi inducit, compren-
dere lites præteritas, qua parte processus adhuc est futurus: licet non
qua parte præteritus. Idem glo. c. Lites Canon. de electio. lib. 6. verb.
de cætero, recepta per omnes ibi & vbique & Petrum ab Anch. in re-
petit. c. 1. de const. q. 13. fo. paruo. 51. col. 1. Quod ipsum Bar. in. d. l. Om-
nes populi. ff. de iust. & iur. 5. q. principali receptus ab omnibus ibi. &
Dom. & Alex. in. c. Ex antiquis. 54. dist. & ab Anto. & Pan. in. c. fin. de
const. & alijs quos referunt ibi Felin. col. 10. & Dec. pen.

Decima sit decisio Bartoli in. l. Omnes populi. ff. de iustit. & iur.
nu. 47. scilicet, h statutum nouè factum, vt medietatem dotis vxoris

f
Lex vt ban-
nitus cen-
tum soluat,
quo à banno
eximatur,
includit an-
tea banni-
tum: licet
antea po-
tuisset exi-
mi soluen-
do. l.

g
Lex formã
procedendi
& ferendi
sententiam
inducens, in-
cludit lites
præteritas,
qua parte
non sunt
finitæ.

h
Lex vt ma-
ritus lucre-
ter medie-
tatem dotis
cõprehendit
dotes præte-
ritas vxor-
um post il-
lam mor-
tuarum.

præmortuæ maritus lucretur, comprehendere etiam dotem vxoris ante illud statutum acceptæ, si ea post illud moriatur. Quod ipsum tenet ibi Rayner. de Forliui. n. 63. suæ rep. Io. item Baptista de sancto Seuer. nu. 83. suæ repet. & Petrus ab Anch. consil. 125. Visis. colu. fina. Imo & communis legistarum transit cū Bartolo teste Imol. in illo c. fin. nu. 13. Contra tamen illam decisionem Bartoli tenet ipse. in. d. c. fin. de constit. colu. pen. vers. Sed aduerte. quem sequutus est Fel. ibi. colu. 3. & Decius fin. & Ioannes Crotus in repetit. l. Omnes populi. n. 73. quatuor rationibus. Quas licet veluti nouas referat, sunt tamen partim Imolen. partim Felin. in. d. c. fin. col. 2. & 3. Non tamen arbitrator discedendum à Bart. cum quo omnes ante Imol. ipso teste transferunt. Quia primo si à Barto. in hac conclusione discedas, oportebit te pari ratione discedere in præcedenti conclusione. Quod quauis Decius faciat. col. pen. Imol. tamen non audet id penitus facere, licet tentarit. col. 7. Fel. item & Crotus Bartolum sequuntur. Secundò, quod quinque decisiones præcedentes ei repugnant. Quarum nulli satisfaciunt. Tertio, quod ratio illa viua. gl. in. 4. decis. supra citatæ, qua Bartolus & prædictæ decisiones nituntur, destruit eorum sententiã. Quoniam dicere quod Bartolus ait, non est legem ad præterita extendere, sed futura comprehendere. Quarto facit, quod si sequamur Imolen. qui primus à Bartolo defecit, & qui fuit in causa vt Felin. Dec. & Crotus deficerent, oportebit nos dicere nulla præterita intra legem nouam includi: nisi aliquod verbum præteritum tempus sapiens in ea ponatur. Id enim ipse ait. num. 14. Quod tamen visum est absurdum, etiam Fel. in illo. c. si. col. 13. vers. Demum. Quintò, quod innovarentur multa olim recepta per prædictos, vt ipsemet Felin. fatetur ibidem. Sexto est casus contra eum in. c. Cum tu. de vsu. adiuncto ei c. Quoniam. eo. tit. Nam in hoc. c. Quoniam. statutum simpliciter fuit, vt vsurarij manifesti tali & tali modo cogèrentur restituere vsuras, nulla de præteritis mentione facta, nullo verbo quod tempus præteritum saperet inserto. Et in illo. ca. Cum tu. declaratur locum fuisse stututis in. c. Quoniam etiam in vsuris ante illud extortis. Vides ergo legem restitutionem vsurarum futuram tangentem extendi ad restitutionem vsurarum præteritarum, & ita ad vsum & exercitium rei præteritæ. Septimò, quæ consideratio neruosa est, si omnia quæ Imolens. ait vera essent, sequeretur, Canonem: Si quis suadente. 17. q. 4. non comprehendisse homines ante illum natos. Sequeretur legem huius ac Castellæ regnorum, ne quis insideat mulæ, non includere illos, qui ante illam insidere solebant, imo neque mulas & homines ante illam natos. Et lex de non exportando frumento vel vendendo extra ciuitatem & territorium, non comprehenderet frumentum

ante

ⁱ
Bartolus
defenditur
cōtra Imo.
& recētio-
nes.

ante illam legem coactum, & alia id genus sexcenta. Quæ ridicula sunt à Ioanne Imol. viro alioqui grauissimo indigna.

Non obstat fundamentum eius, scilicet, quod ex contractu dotis quaesitum fuit ius hæredibus vxoris, & ita statutum illud nouum nõ debet eis præiudicare. Nam primo ius quod futurus hæres sperat in bonis viuentis, non est considerabile, vt diximus in octauo argumento post Bart. in. l. Is potest. nume. 3. & 9. ff. de acquirend. hæredi. Secundò illud ius videtur secundarium & ita locum habent quæ diximus in nono argumento. Tertio, præiudicium illud est præcogitatum à statuti illius conditore, & ita locum habent quæ tradit. Dec. in consil. 113. & tacta fuerunt in illo argumento nono. Si conditor statuti & legis nouæ habuit potestatem præiudicandi cum causa. Quarto respondet, ^k quod si talis contractus super dote fuisset initus, vt ex illo irreuocabiler dos deberetur alicui post mortem vxoris, etiã sine alia vlla voluntate vltima & alia lege, tunc non esset locus decis. Bartoli. Quia tunc alia ratio, quam quia dos erat præterita, impedit nouæ legis vigorem ad illam extendi: obligatio nempe quaesita irreuocabiler per illum contractum. Non ociose autem dixi irreuocabiler, & ita vt etiã sine alia vltima voluntate ac lege deberetur, propter ea quæ in solutione argumenti dicam. Ad alia vero tria fundamenta quæ Io. Crotus adducebat ex Fel. fontibus hausta, gratia breuitatis, quia leuora sunt, speciatim non respondeo.

Vndecima sit Bal. in. l. Omnes populi. ff. de instit. & iur. nu. 14. ver. Sed an scilicet, statutum vetans mulieribus, ne deferant sericas vestes, includere vestes iam factas.

Duodecima eiusdem ibidem, scilicet, statutum, ne filia dotata succedat, concludere filias ante illud dotatas, quod ipsum dixit. in. l. illam. C. de donat.

Tertiadecima sit Bartoli in. d. l. Omnes. nu. 42. scilicet statutum ne fœmine succedat, extendi ad præteritas quæ nondum cum fratribus diuiserunt hæreditatem. Quæ decisio satis continet id quod decisiones dictæ præcedentes, imo & quiddam maius, scilicet comprehendere filias fœminas, etiam si pater ante statutum obiisset mortem, nondum tamen illæ recipissent portionem suam: quamuis contrarium ei imponat Imol. in illo. c. fin. nu. 14. & contrarium teneat Bald. in. l. Illam. C. de collat.

Decimaquarta sit Felin. in. d. c. fin. col. 11. scilicet statutum, vt tantum detur capienti & presentanti bannitum, dandum esse illi qui bannitum ante statutum capiat, & post illud presentauit.

Decimaquinta sit Croti in repet. d. l. Omnes populi. nu. 78. scilicet statutum, quod tantum detur presentati bannitum, dandum esse illi

F 5 qui

^k
Lex noua
tangens vsu
rei vel a-
ctus, nõ ex-
tenditur ad
vsu rei
præterite:
quãdo alia
ratio, quã
quia præte-
rita est id
impedit.

^l
Lex ne qua
fœmina ve-
stes sericas
vestiat vel
ne succedat
dotata, præ-
teritas in-
cludit etiã
eas quibus
delata fuit
hæreditas
sed non ad-
ta.

^m
Lex illa: tan-
tum datur
capienti &
presentati
bannitum,
includit eã
qui ante le-
gem captũ
post eã præ-
sentat.

qui cœpit ante illud, sed post id præsentavit. Quas duas decisiones ideo tribuo diuersis. Quoniam, vt vides diuersæ sunt: tribuo autem illis, & non Baldo cui eas ipsi tribuunt in. l. Si ita scriptum. §. fin. ff. de leg. 2. Quia illud non dici ipse, sed diuersum, quod sit.

Decima sexta scilicet, statutum de eo qui cœperit bannitum, extendi ad eum qui antea captum præsentavit. Neque ad id dicendum ea ratione mouetur Bal. qua illi patres significant, sed alia quæ parû eorum proposito & nostro seruit. Omnes tamen tres decisiones probant statutum de vsu aliquo & exercitio loquês extendi ad vsum rei etiam præteritæ. Quod est nostrum propositum.

Decima septima sit Angeli in. l. Vranus. ff. de fideiuf. col. 2. & in. l. 1. col. 2. C. de his qui accusar. nō pos. scilicet, n̄ stante statuto, ne querelæ bannitorum audiantur, accusatorem qui pendente accusatione bannitur, non debere amplius audiri. Quoniam, vt ille doctè de more ait, inhabilitas illa superueniens ante rem perfectam repellit eum, postquam ad illum casum vnde incipere nō poterat peruenit. Sed hæc decisio licet magnopere iuuat propositum nostrû, quatenus probat ius inchoatum perdi propter inhabilitatem superuenientem, nil tamen de legis extensione continet.

Decima octaua sit Anto. in. cap. fina. num. 19. de constitut. scilicet, o legem nequis triticum ex territorio exportet, illum qui ante legem cœpit extrahere, nondum tamen extraxisset, comprehendere. Quod ante illum Host. neque per eum, neque per alium ibi relatus sensit in. cap. 2. de constitut. vt in solutione. 7. argumenti. decis. 9. competitoris infra dicemus.

Decima nona decisio sit Io. An. in. ca. Auaritiæ. verb. gerere de electio. lib. 6. communiter recepta ibi. Quæ habet p̄ constitutionem illâ prohibentem electo ne ante confirmationem administrationem ecclesiæ gerat, etiam tanquam procurator, comprehendere illum electum, qui antequam eligeretur, tanquam procurator, vel œconomus administrabat. Quæ decisio nostrum propositum magnopere confirmat. Nam sicut illud. cap. Auaritiæ. de gestione futura loquitur: ita & Cle. nostra de futura successione. Et sicut hæc non extêditur ad præterita expresse, ita nec illud. Et sicut hæc aliquantum est præiudicialis, ita & illud. Et sicut illud est prohibitium, ita & hæc. Imo illud de vsu actus iâ effectû sortiti agit, nos autê de vsu actus nondû effectum assecuti. Cum ergo illud cōprehendat futurû vsum rei penitus perfectæ, œconomix videlicet, & procuratoris consummatarum & suum effectû sortitarum ante illud c. ita imo, à fortiori, nostra Cle. cōprehendit vsum futurû rei præteritæ nondû perfectæ, vel saltem effectû nondû sortitæ, scilicet, accessus ad beneficiû Ludouici tûc viuētis

Lex ne querelæ bannitorum audiantur cōprehendit eum qui accusationem prosequens bannitur.

Lex nequis triticum exportet: eum qui exportare cepit comprehendit.

Lex nequis administratorem vel œconomum ante confirmationem comprehendit.

XX. sit Lauri in tract. de success. mascul. exclus. fœmi. 2. par. n. 12. scilicet, q̄ statutû ne fœmina succedat existâtibus masculis, ad filias iâ natas extêdi. Cui satis consonât dec. 12. & 13. supra relatæ. Quæ decisio tanto magis nostrâ propositione adiuuat, quanto verius & receptius est per illud statutû filias excludi, etiam quoad legitimam secundum Alex. in conf. 68. Circa præmissam. n. 6. qui multos alios in hoc citat. Quem sequitur Ias. in. l. Si quando. §. Et generaliter. C. de inoffic. testa. Quamuis subdubitasset prius in Authen. Nouissima. nu. 71. eod. tit. Ratio vero qua nos hæc decisio multum iuuat illa est, quod filie simul ac natae sunt, quasi debita saltem cœpit esse in bonis paternis legitima. l. Sed quia. ff. pro socio. ibi, quasi debita & l. fin. §. Sin autem. ibi, quasi debita. C. de curat. furi. & gl. putata sing. in. l. 3. C. de iur. & facti ignor. quæ similem tamen habet in. l. Si duo. ff. de acquir. hære. quæ recepta est opinio apud scribentes in prædictis locis, & Ias. in. l. Is potest. nu. 23. ff. de adq. hæred. & Roder. in. l. Quoniã in prio. C. de inoff. test. col. 9. Imo. Bar. communiter receptus. in. d. l. Is potest. tenet eius quod filius suus habet in bonis patris esse distinctum à filiatione. Imo & Bart. & Areti. & alij excepto Iafone in ea sunt opinione in illa lege, vt ius succedendi, quod filius habet in bonis patris, sit ius cōsiderabile ac spes à iure probata. Et quamuis Iason ibi contrarium tenet: multa loca citando, in quibus Bartolus aliud sentit: Quam diffensionem magis esse verbalem quam realem facile, si vacaret ostenderem. At vtcunque res habeat, negari non potest tantum iuris fauore dignius habere filium suum ad legitimam in bonis patris habendam viuente patre, quam competitor viuente Ludouico ad hanc Cantoriam habebat tempore huius Clem. Cum ergo lex simplex ne fœmina succedat excludat filias iam natas, quare te rogo, competitori accessum habentem ad Cantoriam paternam nō excludet hæc Clementina: non simplex sed munitissima illis verbis: nullo vnquã tēpore & nullo modo succedat? Magis autem multo faciet hæc decisio pro nobis si teneamus cū Bart. supra in decis. 13. relato, filias hoc casu excludi etiam à delata, sed nondum adita eis hereditate.

Duodecimo ac postremo pro nostra parte facit radiu illa omnium prædictarum viginti decisionum, nempe resolutio Anto. circumspetissimi viri in. ca. fin. n. 15. de consti. laudati à Dō. & Al. in. ca. Ex antiquis. 54. dis. consona satis Bartolo communiter recepto. in. l. Omnes populi. ff. de iusti. & iur. in. quest. 5. princip. num. 44. quem Petrus ab Anch. aliorum dictis illustrat in. c. 1. quest. 14. principali de constitu. Facit (inquam) resolutio illa, legem nouam inducentem aliquid & se ad præterita non extendentem, quæ de actis & factis ipsis loquitur, non comprehendere acta & facta præterita perfecta quoad suâ formâ.

Lex ne fœmina exstâtibus masculis succedat cōprehendit iâ natas.

Legitima filio in bonis patris eo viuente quasi debita.

Ius succedendi filio competens aliud à iure filiationis esse, imo & spem cōsiderabilem esse secundu aliquos, viuente patre.

Lex noua de vsu vel executione actus vel facti alicuius loquens in cludit vsu vel executionem rei præterita.

Eam autem quæ de usu, exercitio & executione actus vel facti loquitur, non comprehendere quidem usum, exercitium & executionem actus & facti præteriti, si ea quoque iam sunt præterita, futura vero sic: siue sint actorum & factorum futurorum & præsentium, siue præteritorum. At Clementina hæc, lex est inducens aliquid noui de successione in paterna beneficia. Ergo non comprehenderet præteritas, comprehenderet autem futuras, etiamsi illæ executiones actorum & factorum præteritorum fuerint: cum non de illis factis & actis, sed de illorum executione loquatur. Cum ergo successio quam præteritum competit in hanc Cantoriam futura esset tempore Clementis, comprehendetur ab hac eius lege: licet illa successio sit usus, exercitium vel executio actus præteriti. Quamuis si de accessibus vel expectatiuis concedendis, vel non, locuta fuisset, non comprehendisset hunc accessum, quia id de quo locuta fuisset iam præteritum esset: præsertim quod verba huius Clem. u. prægnantia valde sunt & vniuersaliter distribuenda, scilicet, filij presbyterorum nullo vnquam tempore, & nullo modo in patrum beneficia succedant. Quæ verba omnem succedendi modum continent, etiam extraordinarium, argum. gloss. sing. in Clem. Ut hi qui. verb. nullo modo, de ætate & qualitat. Quæ habet, per illa verba excludi etiam modum dispensatorium. Argu. item gloss. memorab. in Clem. 1. verb. quauis, de re iudic. & eorum quæ tradit Pan. consil. vltimo. volum. 1. & illorum multorum quæ allegant Felin. & Deci. in. cap. Sedes. de rescript. Quibus addo illud Decij consil. 56. colu. 4. comitem Palatinum, cui est potestas legitimandi quoscunque spurios, etiam infantes legitimare posse. Quod ante illum dicitur dixisse Alexand. in quodam consil. non excuso. & ante illum Bald. in consil. 204. Super primo. 2. libr. Cum igitur modus succedendi per accessum aliquis modus sit, saltem extraordinarius, consequitur illum esse sublatum.

Et ne primo respondeas huic argumento. 1. 2. à resolutione Antonij discessisse Felin. ibi. in colum. 2. ampliatione. 4. considera primo Felin. non esse contrarium x Antonio, imo illi subscribere. Felin. enim ait, constitutionem de aliquo actu vel facto loquentem non extendi ad præterita, quoad futuros effectus. Quod nos etiam secuti sumus, in 1. 1. argum. decis. 1. Anto. autem ait, legem quæ de aliquo loquitur, comprehendere futura, etiamsi ea executio vel usus sit rerum præteritarum. Quod non est Felini dicto aduersum, sed longe diuersum. Considera secundo, eundem Felin. in eod. cap. fallen. 4. num. 10. cum communi tenere y legem nouam quæ ordinem & modum causarum agendarum respicit, includere lites & causas super rebus præteritis mouen-

Verba nullo modo & nullo tempore, prægnantia sunt: & ideo modum etiam extraordinarium in cludunt.

Legem nouam quæ facti vel factuali quo non extendi ad præterita, etiam quoad futuros effectus: & legem nouam, quæ statuit de aliquo, comprehendere futura, etiam si ea sunt quædam usus & executio præteritorum, non sunt aduersa, sed diuersa.

Lex noua modum ordinem causarum inducens secundum omnes includit causas super præteritis futuris, imo & pendentes, secundum communem, quæ parte sunt futura.

mouendas: imo & iam pendentibus pro ea parte qua futuræ sunt. Quod nulla ratione defendi potest, nisi quia modus ille, de quo loquitur futurus est, & est quædam executio, licet actus præteriti & cœpti. Fateor, quod Imolens per principi. Authent. Ut cum de appella. cog. collat. 8. tentauit in. d. c. fin. recedere à communi, quoad lites pendentes. Et id affirmarunt postea And. Sicul. & Decius propter verbum, examinari, positum in illo principio. Quod tamen de pendentibus per appellationem loquitur. Et verbum, examinari, quo ad merita causæ referri potest. Per quod facile communem & Felin. contra prædictos sustententes: quamuis proposito nostro sufficiat id quod omnes tenent, scilicet, legem modum inducentem extendi ad lites super rebus præteritis futuras. Considera tertio eundem Felinum ibidem fallent. 5. tenere quiddam maius, scilicet, legem nouam etiam de facto aliquo vel actu loquentem comprehendere actum & factum antiquum, quando suam perfectionem & complementum ab actu futuro expectat. Quod ante illum Pan. & Card. & Imol. annotarunt in Clem. Ut hi qui. de ætat. & qualitat. Quod ipsum pro 4. conclusio posuit Crotus in repetit. l. Omnes. num. 78. ff. de institut. & iure. Quæ Felini fallentia clare concludit, Clem. nostram inclusuram fuisse hunc accessum, etiamsi de accessu egisset. Quoniam perfectionem suam à facto futuro expectabat. Quod tamen ego, etiamsi magnopere pro me facit, non concederem, per ea quæ in. 2. decisio. inserta. 1. 1. argumento dixi.

Considera quarto, eundem Felin. column. 13. versi. Puto. carpere Imol. qua parte ab Anto. discedit. Contra quem nos quoque supra pro Bartol. in argumen. 1. 1. decisio. 1. 4. pugnauimus, & ni fallor vicimus.

Decimoquarto principaliter facit, quod 2. illa resolutio Antonij in argu. 13. pro fundamento assumpta legem de usu & executione loquentem comprehendere usum & executionem rei præteritæ, duobus solis casibus fallit secundum eundem communiter receptum. Quorum neutri est locus in casu nostro. Prior enim illorum est, quædo executio est omnino accessoria rei præteritæ, vt augmentum portionis præbendæ ad eam iam quæsitam. ca. fin. §. 1. de concess. præb. lib. 6. Huic autem casui non est locus in proposito. Quoniam successio non est sic accessui connexa & illi accessoria. Nam primo illa successio non accedit accessui, imo e contrario a accessui accessus est quoddam præambulum ad illam. Et ita quoddam accessorium antecedens: vt ius patronatus ad beneficium secundum Thom. secunda Secunda. q. 100. art. 4. Quod pridem explicauimus in. cap. Quanto. de iudic. Secundo, illa successio non est omnino coniuncta accessui.

Quoniam

Lex noua de aliquo agens an comprehendat præterita quoad futuros effectus.

Lex noua de usu & executione agens duobus solis casibus vsu et executio rei præteritæ nõ comprehendit: quorum tamen neutri est locus in casu et specie proposta.

Accessus ad hanc Cantoriam præambulum quoddam esse ad successionem in illam: velut ius patronatus ad beneficium.

Quoniam per illam nouum ius, scilicet, in re quæritur accessuro ius ad rem habenti, & sexcentis modis accessus euanescere potest antequam ad successorem perueniatur. ^b Quod sufficit, ut non dicatur ei omnino annecti & accedere. d. c. fin. §. pen. de concess. præben. Qui probat ea de causa, præbendæ acquisitionem non esse omnino annexam & accessoriam canonice collationi & iuri ad eam quæsito. Imo adeo esse diuisam & per se subsistentem, ut sub nouam legem reuocantem expectatiuas includatur. Quod in illo cap. fin. probatur, & annotatur ab omnibus. ^c Et ita vides, vni è duobus casibus non esse hic locum. Quod autem alteri non sit, probatur. Alter enim casus in quo secundum Anto. & communem lex noua de vsu agens & executione non comprehendit vsus rei præteritæ, est quando finis & ratio legis nouæ non habet locum in eo. Exemplum est in gloss. sing. Clem. 1. de testa. determinante illam Clem. quæ iubet executoribus testamentorum rationem de sua executione reddere locorum ordinarijs, non inclusisse rationes antea non redditas de præteritis executionibus: cum tamen id quidam vsus & executio sit rei præteritæ, officij videlicet iam commissi. Et ratio est secundum gloss. ibi, quia Papa id iussit, ut colligitur ex textu, ne male administrarent executores. Quæ ratio & finis cessabat respectu præteritarum executionum, cum illæ iam essent bene vel male factæ. Huic tamè casui non esse locum in nostro proposito luce clarius constabit ei, qui perpenderit rationem principalem huius Cle. condendæ illam fuisse: ne per huiusmodi successiones memoria præteriti delicti renouaretur & scandalum populo fieret, dum in mentem ei veniunt peccata eorum quos in hoc magnis redditibus & magno sudore sustentat, ut sint mediatores & intercessores ad Deum pro suis delictis. 49. dist. in princip. ca. Ipsi sacerdotes. 1. q. 1. Quæ ratio, ut vides, locum vindicat in proposita successione. Ergo & lex noua illam includet.

^d Decimoquinto facit, quod lex noua includit illa futura ius nouum in sacerdotijs conferentia, quibus verba ipsius conueniunt: quamuis ea sint talia, quorum initia & iura præambula præcesserint. Et adeo illa includit, ut etiam illorum præambula & iura ad rem tollat. Casus est clarus in illo cap. fin. de concess. præbend. lib. 6. Ibi enim lex noua expectatiuas reuocans extenditur etiam ad expectatiuas præbendarum, quarum iam canonice collatæ fuerunt, & quorum ratione iam distributiones quotidianas recipere cœperunt. Imo, ut in exceptione, 13. ostendimus, extenditur etiam ad præbendam iam vacantem, & quæ iam iudicata fuit debita expectanti. Imo, & ad illam quæ iam collata fuit, sed nondum per expectantem acceptata. Quare igitur hæc noua Clement. non extenditur ad successorem futuram in hac

Cantorja

^b Ius in re quærendum non esse accessorium omnino iuri ad rem, quod ad illud habetur, quodq; multis modis perdi potest antequam ad ius in re perueniat.

^c Lex noua non comprehendit executionem rei præteritæ: quando illa omnino est accessoria, & quando finis & ratio legis ei non congruunt.

^d Lex noua includit iura noua in conferentia, quorum præambula & iura ad rem præcesserunt.

Cantorja: licet præambulum quoddam & præparatorium ius ad rem per os valde ac magis remotum præcesserit? Confirmatur hoc per illam theoriam receptam, quæ habet e præterita quorum perfectio à re futura pendet comprehendi sub ea lege quæ de illa futura loquitur. Quod mea sententia singulariter probatur in illo cap. fin. de concess. præbend. lib. 6. inducèdo illud eo modo, quo supra in hoc & præcedenti argumen. inducebamus. Probatur & in cap. Cum tu adiuncto ei. c. Quoniam in plerisque. de vsu. inducèdo illa eo modo quo in arg. 11. decis. 10. adduximus. Affirmat illa etiam Feli. in illo c. fin. col. 11. vers. Fallit. & Crotus in illa. l. Omnes. num. 71. in versic. Limitatur. qui per errorem typographorum est positus pro, Ampliatur, ut subsequencia demonstrant. Idem satis affirmavit Imo. in Cle. Ut hi qui. colum. 4. de ætat. & qualit. & in Clem. 1. colum. 1. de testa. Qui & in d. Cle. Ut hi. & Card. col. 2. dixit, legem nouam extendi ad effectus futuros rerum præteritarum. Quod & si forte omnino verum non sit, ut supra tangebam in effectibus rerum præteritarum perfectarum & suum effectum iam sortitarum, tamen verissimum est de effectibus rerum præteritarum è futuris adhuc pendentium. Cum igitur is accessus initium quoddam & anteambulium sit ad succedendum in hanc Cantoriam, cumque solum sit ius quoddam ad re præparatorium ad illam, cum eius perfectio à futuro euentu pendeat, cumque successio hæc futurus quidam effectus rei nondum perfectæ ac consummatæ suumque effectum sortitæ sit: quare lex de successione quauis in vniuersum loquens: hanc non comprehendetur.

Confutatio contrariorum.

NON obstant competitoris fundamenta: non primum. Nam ut ego concedo constitutionem simpliciter loquentem extendi ad præterita, ita eum oportet concedere successorem, quam nos sub hanc Clementinam includi contendimus, non esse præteritam, sed futuram: quamuis quædam executio & quidam vsus rei præteritæ sit. Quod nil obstare, quominus sub legem nouam cadat in argu. 13. probauimus, & in multis decisionibus: 11. argumenti, præsertim in. 4. conclusimus.

Ad secundum responsio multiplex colligi potest ex his quæ in exceptione præcedente ad quartum argumentum pro competitore factum respondemus. Prima quod in compositione per quam accessus habentur non interuenit tale pretium, neque sic bene merita considerantur ut gratiam faciant transire in vim contractus. Secunda,

^e Lex noua comprehendit rem futuram quæ perfectio est rei præteritæ ab ea predictis, & per eam perficiende, & per cõsecutione, et in rem præteritam perferendam.

^f Contractus vim non habet compositio in accessu interueniens.

quod

g
Contractus
vim non ha-
bet gratia
pretio con-
cessa, per
quam ius re-
uocabile ca-
tum quari-
tur.

h
Gratia ex-
pectatiuam
libere a suc-
cessore con-
cedentis re-
uocari.

i
Contractus
ex iusta
causa tolli-
tur a prin-
cipe.

k
Compositio
cum Papa
facta super
accessibus
concedendis,
non transit
ad successo-
rem regula-
riter.

l
Argumen-
tum in ar-
gumentum re-
guntur.

m
Intellectus
c. 2. de con-
ces. prab. ex-
penditur.

quod g gratia per compositionem habita tunc transit in vim cōtra-
ctus, quando per illam ius perfectum & irreuocabile acquisitum est,
secus si ius reuocabile, secundum Areti. in. cap. Nouit. de iudic. quem
sequitur Felin. ibi. nume. 8. Et vterque ponit exemplū in materia no-
stra, scilicet, in c. i. cum ibi notatis de concess. prabend. lib. 6. Tertia h
quod omnis gratia expectatiua & accessus, siue gratis, siue pretio im-
petrentur, ea conditione saltem tacitè conceduntur, vt si in vita con-
cedentis non habuerint effectum, postea per successorem possint re-
uocari. Et non Leo, qui hunc accessum cōcessit competitori, sed Cle-
mens hanc Clementinam condidit. Quarta i quod ex iusta causa po-
test Papa suo contractui contrauenire: quanto magis tollere præces-
soris compositionem ob eas iustas & magnas causas, quibus Clemēs
ad hanc sanctissimam Clementinam condendam motus fuit. Quin-
ta quod illa k compositio personam Papæ in cuius utilitatem facta
fuit respicit, non successoris. Sexta, quod hoc argumētum aut probat
Papam non potuisse hunc accessum reuocare, aut non probat non re-
uocasse. Quorum prius nemo concedat, cum materia sit beneficialis,
& agatur de iure ad rem ad vacatura reuocando. Quæ omnia latius
in solutione prædicti quarti argumenti probantur & explicantur.

Ad tertium respondeo, credere me quidem eiusmodi transactio-
nem siue compositionem, de qua fit argumentum, inter Ludouicum
& competitoris patrem interuenisse. nego tamen eam Papæ auctori-
tate firmatam fuisse. Quoniam nulla ex parte literarum colligi potest
eam sciuisse, vel olfecisse Papam. Quare hoc argumentum violenti-
us retortum fuit in competitorem, in exceptio. 4.

Ad quartum respondeo primo, communem opinionem esse con-
tra Imol. & Do. quorum & Felin. auctoritate sola nititur argumen-
tum, vt latè ostensum fuit in argum. 2. pro nostra parte facto: secūdo
quod si opinio Imo. teneatur nil primo seruit eius determinatio pro-
posito Felin. in. c. fin. de constitut. neque pro proposito competito-
ris. m Quoniam vt videre est apud Domi. cuius relatione hoc Feli. &
alijs constitit, ea ratione principaliter ait Imol. per illud cap. non fuis-
se quassatas promissiones beneficiorum antea licite factas. Quia illud
cap. non simpliciter quassatas promissiones, sed cum adiectione fa-
ciendas. Et ita solum probat constitutionem ad rem futuram se con-
trahentem & restringentem non extendi ad præterita. Quod Felin.
ibi non tractat. Non autem probat legem simpliciter de aliqua re fa-
ctam ad eius futuros effectus non extendi. Quod Felin. ibi tam serio
contendit. Minus item proposito nostro nocet illa determinatio.
Nos enim non contendimus legem de re futura loquentem exten-
di ad eam si iam est præterita, quod habet Imol. determinatio: sed
legem

legem de re futura loquentem includere rem illam futuram, licet ea
sit vsus & executio quædam actus, vel facti præteriti. Non enim pro-
posuimus defendere hanc Glem. quæ de futura successione loquitur
extendi ad successiones iam factas, sed tantum ad faciendas quam-
uis illæ sint executiones quædam rerum præteritarum. Quod nihil
commune habet cum Imol. decisione. n Facit (quæ consideratio se-
rio perpendenda videtur) quod Imol. Do. & Feli. qui contra commu-
nem tenent, ore pleno concederent illi ca. secundo locum esse in pro-
missionibus futuris beneficiorum præteritorum. In promissionibus
item faciendis post illud cap. ab eis, quibus Papa potestatem promit-
tendi antea dedisset. Quod nostro proposito est accommodatissimū.
Nam vtrobique agitur de re futura, scilicet, in nostro de successione
futura, in illo de faciēda promissione. Et vtrobique futura res de qua
agitur est quædam executio rei præteritæ: in nostro quidem accessus
datis, in illo vero facultatis promittendi antea factæ. Quare igitur lex
de promissione futura loquens comprehendit illam, & lex de futura
successione agens hanc non includet?

Ad quintum respondeo primo, negādo per illam gl. Cle. i. de test.
probari simpliciter o legem nouam non comprehendere futura, quā
do illa comprehendendo præterita inuolueret: Neque Fel. in illo c. fi.
neque Card. & Imol. in loco proprio id tam generaliter colligunt.
Sed neque Crotus in illa l. Omnes. num. 79. licet generalius quam illi
colligat. Card. enim in illa Clem. i. col. 2. solum colligit, quod ait gl.
scilicet, rationem illam reddendam, non includi sub legē nouā de red-
denda ratione factam, quæ reddi nequit, nisi ratio quoque præterito-
rum reddatur Imol. vero colligit actū futurū inseparabilem à præte-
rito nō includi sub legē nouā. Pan. vero in c. Pastoralis. §. Verū. & Fel.
in illo c. fi. col. 12. de constit. colligunt futura quæ omnino præteritis
sunt connexa & accessoria & nullo modo separata, nō includi sub le-
gem nouā. Crotus autē gesta futura cōnexa gestis præteritis sub legē
nouam non comprehendit. Quarū nulla conclusio proposito nostro
nocet. Quia per adducta in tribus argumētis vltimis pro nostra parte
supra formatis illæ omnes intelligendæ sunt primo de præteritis con-
summatis, qualis non erat is accessus. Secundo intelligendæ sunt de fu-
turis quæ non sunt veluti executiones & vsus quidam præteritorum,
qualis tamen est hæc successio respectu accessus. Quoniam p cōfirma-
tionem actus & illius in suū effectum reductionem executionē esse
illius probat. Clem. i. de testa. in illis verbis: Ad executionem cuiusli-
bet vltimæ voluntatis. Vbi hoc Car. not. 4. colligit & affirmat. Tertio
intelligendæ sunt de futuris inseparabiliter accessorijs. Quod nō esse
in proposito nostro latè mōstratum est in argumentis illis tribus: &

n
Argumētū
in opponen-
tem reiectū
noua & pul-
chra consi-
deratione.

o
Legem no-
uam nō cō-
prehendere
futura, quā
do illa com-
prehendēdo
inuolueret
præterita,
simpliciter
falsum est
& cōtra cō-
munē cuius
in hoc sen-
tentia bre-
uissimè rē-
feruntur &
soluuntur.

p
Actus con-
summatio
& illius in
suū effectū
perfectiū
reductio e-
xecutio qua
dam illius
est.

G præsertim

^q præsertim in 14. per. c. fin. de concess. præb. lib. 6. q. Nam tam vel magis annexa est successio in præbendam canonice collatæ, quam successio in hanc Cantoriam accessui ad illam dato. At successio illa in præbendam non est omnino & inseparabiliter accessoria & annexa canonice. Quoniam non est adeo accessoria & annexa, ac portionis augmentum canonice debitum. Quoniam illa cadit sub regulam reuocatoriam expectatiuarum, vt in 13. except. diximus, & probat illud cap. in illo. §. pen. Hoc autem scilicet, augmentum portionis præbendalis minimè, vt probat illud idem. c. vers. Si autem. r. Ex quo & sequentibus facile ac singulariter posses elicere, futura subesse legibus nouis loquentibus de illis, etiam quando ex præteritis imperfectis oriuntur, & sunt quædam perfectio illorum & consummatio, vt in illis argumētis est monstratum. Quæ omnia bellè vt propositionem nostram confirmant, ita conatum aduersarij reprimunt.

^r Ad sextum respondeo, conclusionem illam in argumento assumptam, scilicet, legem nouam non includere actus futuros rei præterite perfectæ, procedere primò, quando lex de re ipsa loquitur, & non de futuro effectu. Secundò etiam procedere, quando loquitur de futuro effectu rei perfectæ ac consummatæ, vt tangitur in argumento, & habetur in illo cap. fin. de constit. in eo alleg. Non autem, quando loquitur de effectu rei consummandæ ac perficiendæ, vt in responsione ad 5. supra dixi, & in tribus argumentis postremis probaui, & est communis conclusio: at Cle. nostra de successione futura loquitur. Et successio virtute huius accessus faciendæ, est executio quædam & effectus perfectius illius. Ergo eam comprehendet. Vnde colligis argumentum hoc satis expensum in competitorem validius reijci, quam in nos iaciatur.

^f Ad septimum quod varias decisiones veluti similes nobis obijcit, respondeo ad eas singulatim. Ad primam scilicet, quod legitimatio primogeniti non præiudicat secundo genito legitimo, respondeo primo negando illud absolute & in vniuersum acceptum. Quoniam ex his quæ latè tradit Ioan. Cirier de primogenitura prima part. quæst. 14. & Præpos. in c. Per venerabilem. §. Quod autem. colum. 32. & Anton. Rossell. de legitimat. pri. part. §. Vltimò est videndum. & recentiores in l. Gallus. §. Et quid si tantum. ff. de lib. & posth. vt verior ita communior est conclusio contra illam decisionem Ioan. And. tribus concurrentibus. Primum, quod consuetudo pro illius conclusione non stet. Secundum, quod legitimatio fiat per subsequens matrimoniū. Tertium, quod statutum vel dispositio primogenitū constituens nõ loquatur de primogenito legitimo, sed simpliciter de primogenito. Ex qua resolutione comuni cõtra cõpetitorè regeri potest argumētū æque

^u *Successio in præbendam non est annexa omni no, neque accessoria canonice, neque successio accessui.*

^r *Argumentū in argumētū reuertitur.*

^f *Legitimatio primogeniti præiudicat secundo genito legitimo tribus concurrentibus.*

^u *Argumentū reuertitur semel & iterum paulo post.*

æque ac ille contra nos ingerere. At quia competitor fundare se potest in prædicta decisione: quatenus saltem illis tribus non concurrentibus vera est; secundo respondeo quod illa decisio, sic præsertim limitata non est similis nostro casui. Nam primo illa agit de virtute legitimationis, quæ quoddam priuilegium priuatam vtilitatem concernens est, nos vero agimus de virtute iuris communis in illa. Clem. contenti.

Et ne dicas illam Cle. licet ius commune contineat esse tamen correctiuam & ideo restringendam per vulgaria, considera primo illam in fauorem animarum & mundiciem cultus diuini & decorem ecclesie ministrorum, ac vtilitatē spiritualem totius Christianissimi esse factam, vt proœmiū ipsius indicat. x Et ideo quamuis alioqui correctoria sit, tamen ob hos respectus ampliandam esse, argumento text. iuncta gl. sing. c. Sciant cuncti. de electio. lib. 6. verb. alios. Quam Petrus post alios ibi sequitur, & in hoc citat & commendat Pan. in ca. Nihil. n. 9. col. 2. in fine de elect. & confi. 114. Attingendo. num. 5. li. 2. & idem tenet in disput. 1. n. 36. & Feli. c. 1. despons. n. 14.

Considera secundo rationē huius Cle. condendæ in eius proœmio fuisse expressam. y Et ideo, non obstante quod sit correctoria, extendendam esse, quatenus ratio suadet, secundum Bald. in Auth. Quas actiones. C. de sacrosanct. eccles. Quem in hoc sequitur Pan. in illo c. Nihil. nume. 9. & laus tradit copiosus Iason in illa Authen. num. 18. Contra vero legitimatio extantibus legitimis perosa est, & qui eam facit princeps, sine iusta saltem causa, pecus appellatur à Baldo in ca. Filij nati si de feud. fuer. controuers. in vfi. feudo. Quem quamplurimi laudant, & in his Ioan. Cirier qui alios refert de primogenit. pri. part. q. 13. colum. pen. Et iure communi statutum est, ne plus habeat legitimatus, quam legitimus per text. iuris totius optimum in §. Et quoniam Authen. quib. mod. natu. effic. sui. colla. 7. Secundò non est similis illa decisio nostræ. Quoniam non est ibi eadem ratio ad legitimandum: in nostro autem casu eadem est ratio, quare Clem. hæc comprehendat successione futuram virtute accessus, sicut successione virtute alius tituli & modi. Considera tertio, quod etiam in proprijs terminis iuris communis dispositio potentior est, quam legitimatio hominis. Nam legitimatio facta per ius commune, scilicet, contractum matrimonij, præiudicat secundo genito, nisi verba repugnent, vt prædictum est: cum tamen legitimatio per rescriptum id nunquam efficiat, secundum prædicta.

Tertio respondeo, illam decisionem de legitimatione ad successione in bona temporalia tractare, nos vero de successione in sacerdotia agere. Quæ longè differunt, quoad potentiam simul & voluntatē

x
Lex correctoria que principaliter salutem respicit animarum & ecclesie vtilitatem fauore digna.

y
Lex etiam correctoria extendenda quatenus ratio illius expressa tenetur.

z
Legitimatio extantibus legitimis perosa neque faciendæ. Et ideo legitimatus nõ plus quam legitimus habeto.

iuri præsertim ad rem præiudicandi, per ea multa quæ in 13. exceptione diximus: & ideo parum accommodari proposito.

Quartò respondeo, quod licet legitimatio non præiudicet legitimo quo ad primogenium vel protogenium, in quod lege aliqua particulari succeditur: quoad bona tamen in quæ iure communi suo patri succedit præiudicat. ^a Nam secundum communem, licet legitimari quis non debeat à principe exstantibus naturalibus & legitimis: tamen si legitimetur sufficienti de hoc mentione facta, vel si antequam legitimi nascerentur fuerit legitimatus, succedit cum eis Auth. quib. mod. nat. eff. legit. in princip. collatio. 6. cum glos. verb. ascribi & ibi Bartol. & in Authen. quib. mod. naturales eff. effi. sui. §. Tribus, & ibi Bartol. colum. 7. Tradit Spec. receptus de success. ab intestat. §. 1. versi. Quid de legitimatis. & latè colligitur ex his quæ tradit Deci. conf. 52. & 85. & 258. Vbi etiam ait, communem opinionem tenere, quod excludat substitutum: & ex his quæ tradit Ripa. q. 30. l. Si vnquam. C. de reuocand. donat. ^b Ex quibus facile iterum retorqueas argumentum in competitorem in hunc modum: Si legitimatio, quæ priuilegium quoddam est tam frequenter & tantum præiudicat spei legitimorum, & eam vel tollit vel minuit, quâto magis hæc Cle. magno favore digna spem huius accessus tollere valuit?

Ad secundam decisio. quæ Frederici est in consil. 294. Factum tale scilicet, Clem. Exiui. de verb. significat. quæ fratres Minores declarauit esse inhabiles qui deputarentur testamentorum executores, non extendi ad executores ante illam constitutionem deputatos, respondeo contra illam tenere Anto. in cap. fin. colum. pen. de constit. & etiam Dominic. quem retulit. ibi Felin. Imolensis etiam. colu. pen. in opinionem Antonij. inclinat. Felinus etiam ipse discedit à Freder. eo saltem casu quo testatori fuisset opportunitas mutandi executoris, argum. eius quod ait Angel. in Authen. vt fac. no. constit. §. 1. Nos autem primo arbitramur sequendam esse communem contra Fred. Quoniam. Cle. illa. Exiui. non loquitur de deputationibus executorum, sed de executionum susceptionibus, quas cum adhuc futurae essent, merito comprehendit illa Cle. non comprehensura deputationes executorum, quæ iam præteritæ erant, si deputationes solas prohibuisset, per scripta in tribus postremis argumentis pro nostra parte factis. Secundò arbitramur eam sequendam sine illa Felini limitatione. Quoniam primo in decis. 6. pro cõpetitore sexto arg. inserta diximus contra illam Angeli consideratione esse Paulum Castren. neque illâ iure probari. Secundò quia Fel parû diligenter eam expendit, quatenus terminos in quibus Angel. loquitur exequat terminis in quibus Fred. Nam Ang. agit, an lex quæ de testamêto loquitur cõprehendat

testa-

testamentum præteritum: Freder. vero, an Cle. Exiui. quæ vetat fratribus Minoribus acceptare testamentorum executiones, comprehendat acceptationes futuras deputationis executorum præteritæ. Et ita Angel. inquit, an lex loquens de aliquo extendatur ad illud præteritum iam perfectum, quod ad sui formam: licet non quoad effectum. Freder. vero, an lex loquens de executione & vsu rei comprehendat executionem & vsum futurum rei præteritæ. Quæ quantum à se mutuo distent, tria postrema, quæ pro nobis facta sunt, argumenta clare ostendunt. Quo fit vt c. Felin. licet semper fuerit mihi maximus, doctissimus simul & optimus, maior tamen fuisset, si minus rerû coaceruasset, & paulo magis ea quæ coaceruabat iudicio quo erat excelso expendisset. Quod satis agnoscit vir doctissimus nec minus modestus in fine totius tituli de constitut. Quamquam multo magis expendit, quam alij quam plurimi recentiores viri quidem eruditi. At cum copiam gloriæ affectantes eum imitari volunt, Andreæ Siculo, quam illi similiores, parum iudicio & resolutioni quæ studiosorum mentes illustrent, & plurimum miscellaneis quæ nonnunquam etiâ ingenia confundunt clarissima, tribuunt.

Ad tertiam decisionem respondeo negando Bartol. id dicere. Nam contrarium dicit, vt in vndecimo argumento in decis. 13. diximus.

Ad quartam respondeo contrarium verius esse vt in d. 11. argumento decis. 10. probauimus.

Ad quintam responsuro redijt in mentem quod paulo ante de cumulatoribus parum cumulatâ expendentibus dixi, cum video decisio. illam quintam pro leuiori fundamento à Felino adductam pro magno resumî à Croto eo non citato, & nihil proposito eorum & nostro conferre. Quoniam primo illa de actu priuati hominis, ingressu, scilicet, religionis agit: cum tamen Felin. Crotus & nos de lege publica agamus. ^d Secundo illa solum habet per actum vnus hominis non derogari iuri præterito in re iam quæsito alteri, nos vero disputamus de lege, an comprehendat futura, quæ sunt perfectiones & executiones præteritorum, & in cõsequutionem tollat ius ad rem multis modis reuocabile. Tertiò, quod si pertinaciter teneat illam conuenire proposito: egeram in te argumentum de ingressu illius, quæ contractis sponsalibus de futuro, imo & matrimonio, ante consummationem proficitur religionem, quem constat ad præterita, etiam per quæ ius in re quæsitum erat trahi c. Commissum. de spõs. c. Ex publico. & c. Ex parte 2. de conuersio. coniug.

Ad sextam respõdeo non esse illam contrariam proposito nostro. Illa enim habet legem de testamento loquentem ad præterita iam perfecta non trahi, nos autè dicimus legem de successione loquentem

^a Legitimari quis non debet stantibus legitimis: at si legitimetur succedit cum eis.

^b Argumentum iterum reuertitur.

^e Felinus latè datus laudè maiore dignus fuisset, si minus coaceruasset magis expenderit, si longe præminet inter alios cõmulatores.

^d Religionis ingressum præiudicat iuri quæsito alteri regèlariter.

^c Argumentum reuertitur.

ad futuram trahi: etiam si illa executio quædam sit præteritorum imperfectorum.

Ad septimam responsio clara colligitur ex arg. 14. pro nostra parte facta

Ad octavam respondeo primò negando illam decisionem Fel. Quonia determinatio Petr. ab Anch. cõsi. 125. vera videtur in quo casu ille consuluit. f Nã vt in 1. & 2. col. clare ostendit, loquitur de illo qui & si nõ specificè, æquipollèter tamè accipiès emphyteusim pro se ac liberis suis

f Lex noua, ne famina in emphyteusim succedito, comprehendit filias iam natas patris qui ea pro se ac filiis suis accepit, quando eam pro illis tanquã pro hereditibus accepit. Quando itè tanquã pro filiis sed reuocabiliter non autem quando irreuocabiliter, & ita conciliatur opiniones aduersa.

visus fuit accipere pro eis, tanquã pro hereditibus, ita vt nõ plus iuris filijs ad emphyteusim quæreretur, quã esset ad cætera bona. Cũ igitur lex noua excludès filias ab hereditate cõprehendat iã natas, cõprehendat quoque lex noua excludens eas à tali emphyteusi, argu. corũ quæ notat Bar. in l. Vt ius iurandum. §. Si liberti. ff. de op. lib. Bal. in Auth.

Si quas ruinas. C. de sacrosan. eccles. Ludo. consil. 35. Vifa. Bartol. in l. Si non sortem. §. Libertus. ff. de cond. inde. Ripa. lib. 3. cap. 16. respon.

Secundò respondeo, concedendo illam decisionem Felini verã esse, quãdo per illam stipulationem & contractum patris illa emphyteusis irreuocabiliter debita esset liberis sine vlla lege alia & vltima voluntatè tacita vel expressa ad id necessaria. Sed tunc illa non obstat nostro proposito. Quoniam primo nos loquimur de re alteri debita per literas beneficiarias, quæ non contractibus, sed vltimis voluntatibus æquantur. c. 1. §. Econtra. & c. Auctoritate. de concess. præb. lib. 6. & tradit Oldr. conf. 58. & Cassador. in decis. 3. de præb. Quamuis alicubi Gomesius dubitarit. Feli. verò decisio de re debita per contractum. Secundo nos agimus de re debita reuocabiliter, ille verò de debita irreuocabiliter. Tertio nos agimus de re quæ debetur mediante aliqua lege, scilicet, illa quæ filios presbyterorum facit habiles ad beneficia paterna mediate obienta, ille verò de re debita per solum contractum: sine alia lege quæ speciatim faciat habiles. Et ideo non est mirũ, quod in nostro casu sublata lege, cuius virtute debebatur. Cantoria, desinat esse debita, ibi verò non desinat. Quia nulla lex mediãte qua saltem speciatim debebatur est sublata. g Ex quo inferitur, quod si talis esset emphyteusis à patre pro se ac liberis recepta, in qua pater posset filijs præiudicare. Qualis quando fuerit colligitur ex Ang. in l. Apud Iulianum. §. Si cui. ff. de leg. 1. & Bal. in l. 1. C. per quas pers. no. sub finem. & Lau. Fañ. in §. Cæterum. Institi. de legi. agnat. sus. col. 7. versi. Eodem modo. & Alex. consil. 89. Verum. colum. 3. Et lex noua inhabiles faceret filias ad succedendum in ea illis profecto præiudicaret. Et ita opiniones concordari possent contrariæ.

Ad nonam respondeo negando illam decisionem esse verã, & quod Ioan. And. sic illam scripserit. Quoniam per l. Cæsar. ff. de publ. quam allegat apparet eũ idem voluisse dicere, quod Host. ibi ante dixerat.

Hostien.

g Emphyteusis à patre pro se ac liberis suscepta cadit su. l. noua. quãdo talis est in qua pater filijs præiudicare possit.

Hostien. autem non illud, sed contrarium dixit. Quod supra in 11. argum. & decis. 18. reuimus. Et idem quod ille tenet ibi Card. q. 1. & Anto. in c. si. col. si. de constit. cui consentit Felin.

Ad decimam respondeo negando illam decisionem Iacobi: tum quia nullo textu nec ratione probatur necessaria, tum quia Petrus ipse non satisfacit decisioni Ricar. Malumb. quam in oppositum allegat in hæc verba: De illo cuius obligatio habet causam ante nouam legem, incipit tamen executio & effectus in tempus nouæ legis, secundum istud tempus de illa iudicamus. Tum quia resolutiones communiter receptæ in hac materia sunt contra illam opinionem & fundamenta Iacobi, vt ex tribus argumentis postremis & ex vndecimo apparet.

Ad octauum principale respondeo, primo conclusioni illi. h Nemo sine sua culpa damnum patitur, addendum esse: vel sine causa, iuxta illam regulam libro 6. Sine culpa, nisi subsit causa non est aliquis puniendus. Et est communis resolutio glos. ac omnium aliorum in c. 2. de constitut. in c. Antiqua. de priuileg. cap. Renouantes. 22. dist. Hæc autem Clemen. maxima de causa condita est, vt ex eius proœmio monstratur.

h Intellectus regula sine culpa. li. 6.

Et ne dicas, resarciendum esse damnum ei qui etiam ex causa illud passus est secundum Arch. receptum in cap. Per principalem. 9. q. 3. pro quo tex. & ibi Bal. in l. Serui. C. quibus ex causis. ser. pro proœm. lib. accip. considera illud Arch. non procedere, quando illud damnum fieret per viam legis generalis. Quod Alex. testatur & probat in consil. 190. Mature. lib. 2. in respons. ad. 3. argument. quod repetitur lib. 3. consil. 18. Vbi allegat illud pulcherrimum Bartoli in l. Toties. ff. de pollicit. scilicet, ciuitatem non posse quidem auferre alicui ius suum singulariter præcipiendo vni homini, vel quibusdam hominibus: sed generaliter faciendo statuta, posse, vt. l. Venditor. §. Si constat. ff. communi præd. & l. Antiochensium. ff. de priuileg. cred. Facit. l. Lucius. §. si. supra ad municipal. intelligendo ibi per verbum, lex, statutum, vt ibidem ipsemet Bartol. intelligit, & in casu proposito de danno per viam legis incusso agimus.

i Legis per dispositionem damnum datum non resarcitur.

Secundò respondeo k conclusionem illam intelligendam esse de danno rerum quæsitarũ, non de modo quærendi, præsertim ciuili. Quoniam is sine vlla culpa tolli potest à principe & sine causa, antea saltè quã dominiũ quærat: vt venientibus ab intestato ius adeundi, secũdũ Fel. in c. Quæ in ecclesiarũ. de cõstit. n. 48. vbi subiicit hæc verba: Vnde legitimando simpliciter spurium etiam sine causa potest tale ius tollere princeps: quia nõ est quæsitũ dominiũ. At is accessus modò quidã ciuilis quæredi hæc Cãtoria, nõ ius in ea quæsitũ est, vt patet

k Ius quærendi modum ciuilem facile à principe tolli.

l Accessus modus quærendi ciuilibis ius quæsitũ est.

^m Tertiò respondeo, intelligendam esse illam conclusionem de alio damno ab illo quod ex sublatione priuilegij obuenit. ^m Quoniã illud sine vlla causa potest à principe tolli, secundum gloss. fina. ca. Decet. de regul. iur. lib. 6. Quam singulariter mente tenendam dixit ibi Perus. & commendat Dec. in d. ca. Quæ in ecclesiarum. nume. 26. sub finem. & is accessus priuilegium quoddam expectatiuum est, vt constat. Quartò, quod longe altius est, forte dici potest tam patri presbytero, quam filio culpam esse regulariter, filium patri succedere. Quod tamen nunc neque affirmo neque nego.

ⁿ Ad nonum principale respondeo concedendo ⁿ conclusionem in argumento assumptam veram esse, quoties æquitas illa de qua in ca. Si beneficia. de præbend. lib. 6. & c. Cum vniuersorum. de rer. permut. locum sibi satis vendicat. Quam tamen in proposito non vendicare possem multis modis ostendere: sed non est necessarium. Quoniam non contendimus in præsentia competitorum ad ius, si quod ante habebat, regredi non posse, sed solum virtute huius accessus accedere non valere: quæ longè sunt diuersa.

Ad decimum responsio multiplex colligitur ex decimo argumento pro nostra parte facto, & replicis illius solutionibus adiectis. Prima ^o quod hic de præiudicio secundario iuris ad rem agimus, in opposito autem de primario & iuris in re. Secunda, quod oppositio in præiudicio non præcogitato à principe procedit: nostra vero conclusio in præiudicio à principe præcogitato. Quod colligere licet ex eius verbis tam vniuersaliter distributis: nullo vnquam tempore, ac nullo modo possint obtinere. Et ex clausula derogatoria: quorumcunque contrariorum, quam finis Cle. continet. Cum is accessus contrarius sit prædictis verbis, nullo modo & c. Quandoquidè eum vnū è modis succedendi multis esse constat.

Tertia, quod oppositio in alio præiudicandi modo procedit. Nostra vero cõclusio in præiudicio per viam legis. Ad quod vltra in illo arg. 10. adducta faciunt, quæ diximus in solutio arg. 8. Et ad replicatione qua probare contendis, neq; per viam legis principem videri velle alij præiudicare, respondeo id esse verum in iure quæsito, non autem in quærendo. Quod speciatim annotabat Fel. in c. si. de constit. col. 4. allegando ad id Pan. consi. 84. col. pen. li. 1. Quarta, quod expresse constat ex voluntate principis, cum derogat contrarijs quibuscunque, vt præactum est in secunda sol. Quæ omnia roborantur ex eo, quod sumus in materia beneficiaria & agimus de derogatio non iuri quæsito, sed quærendo exoso valde ac exorbitanti. Et ita videntur concurrere potentia cum volutate tum tacita, tum expressa, etiam si nulla causa subesset; quanto magis subsistente maxima.

Ad

Ad vndecimum satis superque fuerit admonuisse illa, quæ in solutione ad primum argumentum & in præcedenti exceptione in responsione ad quintum supra diximus, vnde multiplex responsio colligi potest.

CONCLUSIO.

Ecce, candide lector, articulum bona fide disputatum: quem quando viua voce coram auditorio vndecunq; doctissimo disputavi, anceps quidem remansi, præmissis fundamentis animum volentem nolentem in diuersa trahentibus. At nunc omnibus ad viuum discussis in fauorem Clementinæ contra competitoris accessum pronunciandum esse tenuitati nostræ videtur, salua quæ iustior fuerit sententia, summi præsertim illius Rotæ prætorij. Cuius ego semper auctoritatem primam secundum ipsam Sedis Apostolicæ & duxi & suspexi.

Cæterum interpretatio huius cap. Si quando. hic nos admonerat primo, vt paucis breuiter monstrarem, quot & quæ causæ de his exceptionibus colligi possunt, ob quas iustè ac sanctè liceat exequendis Sedis Apostolicæ mandatis abstinere, donec illa denuo cognita rescribat. Admonebat nos & secundo postrema hæc exceptio discutere, an liceat presbytero, etiam Papa consentiente, filium suum in beneficio suo sibi substituere. Admonebat & tertio eadem exceptio tractare, an episcopus vigilem super suum gregem curam gerens teneatur supersedere prouisioni Apostolicæ, per quam filius in beneficio patris, etiam expressis verbis substituitur: & quando non teneretur, an saltem id ei res veluti dignissima liceret. Admonebat & quarto disputare, an episcopis hæc dissimulantibus, régés, penes quos ecclesiarum protectio est, ob tales causas opponere se aliquo modo possent: & an id esset regia dignitate se maiores Deoque gratiores facere. Multa item alia monebat. Quæ tamen omnia in præsentia omitto: quia licet interpretationi cap. accommodatissima sint, extranea tamen sunt causæ, ob quam prælectio hæc suscepta fuit.

Primum autem horum ordinario commento huius cap.

Deo dante inferam; alia alibi, & forte in c. Cum adeo. infra eodem tracturus.

D E O G L O R I A.

Venia nobis & gratia.

F I N I S.

G 5

P R A.

PRAEFATIO IN PRAELECTIONEM HABITAM SUPER QUESTIONE FACTI PROPRIA in cap. Cum contingat. de rescriptis.



OGIMVR rursus coram vobis, viri ornatissimi, dicere causam de causis nullitatis processus à quodam asserto subexecutore contra nos facti in eodē negotio, super quo nuper praelectionem habuimus non omnino contemnendam in cap. Si quando. supra eo. Quare sicut illius capit. ordi. commento illam, auctarium veluti quoddam adiecimus: sic disputationem hanc, quae multa quotidiana continet in executorum materia, interpretationi iustae huius capit. Cum contingat. ad publicam vtilitatem annectimus: tum quia pulchra quaedam de meris executoribus Anto. & Imol. in eo deciderunt, tum quod aliquot nos hic dicemus maxime ad hoc capitulum pertinentia, tribus diebus praelectione quam faciebamus in c. Eam te. supra eo. interrupta.

Esu ergo Seruatoris nostri auxilio primò implorato, quam breuissimè poterimus monstrabimus prius censuras & processum subexecutoris contra M. ab ipsius competitore assumpti multis de causis inutilia & ipso iure nulla esse. Earum vero nullam obesse censuris quas clarissimus vir a Ioannes Gomez à Sylua pro sui generis generosique animi splendore dignatus esse iudex M. in competitorem & eius assertum subexecutorem maturius protulit, dum neque humanus rejicit humiliores, nec generosus timide formidat altiores. Deinde probabimus eorum effectum tum regia manu, tum ordinaria, tum delegata impediri posse.

Prima nullitatis causa.



Prima quidem causa nullitatis eorum quae subexecutor effecit, illa est, quod gratia accessus competitoris inutilis & nulla à principio fuit ipso iure: vel saltem postea ipso iure evanuit, licet à principio valuisset, propter multa, quae in praelectione super eis habitata in cap. Si quando. supra eo. late deducta fuerunt. Et quando gratia est nulla ipso iure, ipso quoque iure datio executoris & eorum iurif-

a Ioannes Gomez à Sylua laudatus.

b Executoris deputatio nulla & inutilis est ipso iure quando nulla quoque & inutilis est gratia in qua exequenda illi deputatur. Quoniam hac deputatio gratia accedit.

iurisdicatio nulla & inutilis est per selectissimum in hoc text. in cap. Constitutus. supra eo. Quod habet irritum decernendum esse quidquid factum est per literas executorias gratiae subreptitiae. Similis fere text. in cap. Ad audientiam. 2. eo. titu. Secundò facit. cap. Si super gratia. de off. deleg. lib. 6. Quod habet deputationem executorum & iudicum gratiae Apostolicae esse illi accessoriam. Et ideo illorum iurisdictionem morte concedentis etiam re integra non reuocari, sicut nec ipsam gratiam. Cui consequens videtur, quod ea existente nulla vel reuocata, ipsa quoque iurisdicatio reuocata videatur vel nulla. Facit, quod accessorium sequitur naturam sui principalis, regula. Cum principalis. ff. de reg. iur. & reg. Accessorium. lib. 6. cum similibus. Specialius facit aptus in hoc text. & quod ait ibi Domi. per illum colum. 1. versic. Sed pone. cap. Super eo. de praebend. lib. 6. & Cleme. tina. Per literas. de praebend. coniuncta ei gloss. in verbo ecclesias. Et hanc conclusionem tenet in specie Pan. in cap. Caeterum. col. 2. quem sequitur Dec. ibi colum. 3. de rescrip. Et idem tenet vterque in d. ca. Constitutus. in ultimo notabili. idem & Roman. in consil. 330. Circa primum col. 3. allegans inter alia. c. Cum dilecta. de rescript. & Inno. in. c. Ex literis. de off. delegat. Quae non tam apta sunt sicut superiora. Quoniam illa non agunt de executoribus gratiarum, sed alijs iudicibus delegatis. Idem tenet Oldradus consil. 81. Quod processus. num. 2. Idem late Panor. in. c. Ad audientiam. infra. eod. num. 14. Quem sequitur Feli. ibi. col. 12. & 16. Facit & memorabilis glo. in. c. 1. verb. obtentum. de litis contest. lib. 6. quae recepta dixit exceptionem peremptoriam quae perimit gratiam & literas, ante litem contestatam opponi posse. Quam glo. Perusi. & communis intelligit de exceptione subreptionis gratiae per quam illa corrumpitur, & cum ea literae delegatoriae ad eam exequendam datae.

Non obstat primo quod regulariter rescriptum ad lites subreptitium ipso iure valet per. ca. Si autem. & cap. Plerumque. supra eo. & communis affirmat in. d. c. Caeterum. & in. d. c. Ad audientiam. Quoniam illa regula fallit in multis casibus relatis per Feli. in. d. c. Ad audientiam. col. 11. & duabus sequent. Quibus nos addidimus vnum in c. Cum ordinem. supra eodem, quod eum probat secundum Bal. quod satis sentit Pan. n. 2. & 3. ibi. Et horum de numero est is de quo loquimur casus, secundum praedictos omnes.

Non obstat secundo dicere, quod in casu nostro in alijs literis continetur gratia, in illis nempe quarum plumbeum sigillum de chordulis sericis pendet. In alijs autem executores, in illis videlicet quarum plumbeum sigillum de chordulis canabeis pendet. Et ob id in hoc casu iudicum datio non videtur accessoria gratiae, sicut quando in eisdem

c Exceptio peremptoria quae non solum gratiam sed etiam literas perimit, ante litem contestatam opponi potest.

d Rescriptum ad lites regulariter quidem ipso iure valere ac frequenter nullum omnino & inutile esse.

e Sigillum plumbae gratiae more Romano echordulis sericis pendet. Sigillum vero iusticiae canabeis.

eisdem literis fit gratia & deputatio iudicium, quod etiã est frequẽs. Non inquam hoc obstat. Quoniam idem est dicendum, quando gratia & iudicium deputatio separatim fiunt in duabus chartis. Quod dicimus quando fiunt coniunctim in vna. Quia primo eadem est ratio. Non enim desinit esse accessoria executorum deputatio ipsi gratiæ, eo quod fiat in alia papyro vel membrana. Quod euidenter apparet ex illo. c. Si super gratia, de offi. delegat. Quod certum est habere locum etiam, quando iudices separatim in alijs dantur literis: tam propter verba ipsius generalia, quam propter rationẽ in eo expressam, quæ vtrique casui æque apta est. Cui tamen cap. non esset locus in eiusmodi literis executorijs, nisi essent gratiæ accessoriæ. Secundo, quia etiam in hoc casu, quando executores separatim dantur, eorum deputationem esse nullam si gratia est nulla tenet Cardin. in. d. cap. Ad audientiam. colum. 6. versic. Septima est opinio. Nam, vt ille, inquit, etiam si dentur separatim à gratia, sunt tamen quasi præparatoriæ gratiæ: & sic de eis idem iuris quod de gratia est. argu. c. Quanto. de iudic.

Non obstat tertio determinatio Compostell. in. c. Super literis. col. 3. versic. Quæritur primo. dicentis processum factum per literas super beneficio subreptitiæ impetratas validum esse, nisi opponatur exceptio. Quoniam nõ loquitur de literis gratiæ executorijs de quibus agimus, sed de literis ad lites impetratas super beneficio. Hæc enim sunt verba Compostellani: Vt si ego dicam Papæ me canonicè electum in præpositum, impetraui iudices contra. M. tacita priori commissione. M. valebit processus per meas literas habitus, si contra eas non excipiat. Quia meæ literæ non erant beneficiales. Hactenus Cõp. Quem sic etiam intelligit Card. in loco præcitato. Et hoc ipsum ait Ludo. Roman. in consil. 330. Circa primum col. 3.

Et demiror Felinum virum alioqui diligentem in illo. c. Ad audientiam. colu. fin. dixisse non satis aperire Roma. an loquatur de subreptione commissa in literis executorijs, an gratiosis. Quoniam Romanus in hæc verba loquitur. Cum iudex seu executor deputatur vna cum concessione gratiæ subreptitiæ, quemadmodum subreptio ipso facto vitiat gratiam. d. ca. Ad audientiam. 2. & c. 2. de fi. presby. lib. 6. cum simili. ita etiam vitiat iudicis seu executoris dationem sibi annexam. Fateor autem verum esse quod Feli. ait, scilicet, literas executorias gratiæ accessorias, etiamsi sint subreptitiæ valere: modo gratia ipsa non fuerit subreptitia. Sed hæc decisio non cõuenit nostro proposito, in quo dicimus gratiã ipsam qua concedebatur accessus fuisse subreptitiã & ipso iure nullam. Et per consecutionem literas executorias etiam separatim datas.

Non

Non obstat quarto, quod literæ derogatoriæ ex interuallo post gratiam ad eius executionem datæ ob gratiæ subreptionem ipso facto non vitiantur secundum Ludo. Rom. in illo consil. 330. Quia, vt ille ait, possent dici literæ ad lites. Quo casu procedit secundum eum determinatio Inno. in c. 1. de lit. contest. lib. 6. scilicet, quod cum quis impetrat gratiam subreptitiã, & postea executores vt in possessionẽ inducat: tunc non impeditur litis ingressus per oppositionem subreptionis. Non inquam, hoc obstat, quia primo eodem die in nostro casu executores fuerunt deputati, quo gratia facta fuit, vt literæ ipsæ clamant. Et Ludo. Rom. de executoribus alio die datis agit. Similiter & Inno. Audisti enim in verbis eius proximè citatis, verbum, postea, quod interuallum denotat, secundum glos. memorabilem in l. Pacta conuenta. ff. de contrah. empt. verbo, postea, & alia multa quæ citat Cors. in singul. in eodem verb. Postea. Secundo nõ obstat: quia etiã quando postea ex interuallo deputantur, idem esse dicendum dixit Host. in illo c. 1. de litis contest. lib. 6. Quoniam, vt ille inquit, ex quo gratia prima principalis fuit subreptitiã, litera executoria quæ est illi accessoria supra de offi. delegat. Si super gratia eo lib. debet subreptitiã iudicari: vt accessorium sequatur naturam principalis de fid. instru. c. Inter dilectos. §. Cæterum. & Hostiensem sequitur Arch. quorum opinionem approbant Ioan. Monach. Ioan. Andr. Petrus ab Anchar. Domini. Perus. & Probus ibidem: & aiunt esse tenendam quando statim potest de exceptione liquere. §. Quorum si consideratio factis expendatur, facile videbuntur cuius erudito approbare dictum Hostien. simpliciter. Quoniam neque hæc exceptio, neque alia quælibet, quæ in vim dilatoriæ proponitur & est ius naturæ, vt postea iterum in vim peremptoriæ ad merita causæ opponi possit, est admittenda in vim dilatoriæ, nisi opponens se offerat eam incontinenti probaturum, videlicet intra modicum tempus arbitrarium, & intra illud eam probet clarè & liquidè secundum Petrum ab Ancha. consil. 372. Pro declaratione. col. 1. At contra literas competitoris allegatur subreptio quæ per literas ipsas fundatur. Allegatur item literarũ renuntiatio ex acceptatione Archidiaconatus Santarenensis notoria resultans. Et ideo non solum hæc exceptio concludit nullitatem literarum, sed etiam ante litis ingressum admittenda est. Et ita in casu proposito nullatenus potest hæc causa nullitatis euitari.

Non obstat quinto, dicere, quod hæc causa non haberet locum, si accessus is à principio valuisset, quamuis postea modo aliquo perisset. Quoniam primo negamus eum à principio valuisse. Secundo respondemus prima esse rescriptum per quod proceditur à principio fuisse ipso iure nullum vel postea ipso iure expirasse, vel reuocatum fuisse,

quo

F
Felinum in
intelligendo
Ludo. Rom.
contra suũ
morẽ parũ
diligentem.

g
Exceptio
qua in vim
dilatoriæ se
mel opposi-
ta postea in
vim perem-
ptoriæ oppo-
ni potest: nõ
est admitti-
da in vim
dilatoriæ, ni-
si opponens
se offerat
probaturũ
incontinenti
intra videli-
cet tempus
arbitrarium.

h
Rescriptum
ipso iure à
principio es-
se nullum,
vel post ea
ipso iure pe-
rire vel re-
uocari, pa-
ria esse quo
ad faciendã
post reuoca-
tionem, &
gratia ex-
tincta ipso
iure extim-
qui potest
tem execu-
torum.

quo ad ea quæ post illam reuocationem & expirationem fiunt. Quia primo eadem est omnino ratio. Secundò casus videtur esse in ca. Ex literis. cum eo quod ibi ait Innoc. de off. delegat. Quod satis collig. ex his quæ ait Pan. in c. Audita. colum. penult. de resti. spoli. & clarius ex his quæ Felin. scripsit in c. Cæterum. colum. 18. versicu. 7. restrict. Vbi agit de reuocatione rescripti per mortem concedentis re integra facta quæ ipso iure fit, & vers. 8. restrictio. vbi agit de reuocatione iurisdictionis per sententiam quæ etiam ipso iure fit. Et quod gratia perempta, executorum quoque illius datio perempta fit, in specie tenet Petrus Rebuffus in Concordatis in forma literarum executor. verb. In omnibus & per omnia. Facit quod gloss. regulæ Cancell. Iulij. 2. in vltima parte facie 7. dixit, finita prærogatiua descriptorum, censerique quoque finitam prærogatiuam eorum qui eam instar descriptorum habebant. Est denique gloss. expressa & memorabilis, quam ipsi non meminerunt: & quæ ibi recepta est in c. Si clericus. verb. extincta de præbend. lib. 6.

Hanc autem primam nullitatis causam contra censuras pro. M. l. allegari non posse palam est: cum in confesso sit, indultum Regi- næ nostræ Christianissimæ validum esse, magnosq; iam partus alijs peperisse.

Secunda nullitatis causa est.



Quod prædictus iudex competitoris assertus suscepit partes mixti executoris, cum non haberet dignitatem, nec esset canonicus ecclesiæ cathedralis. Quod nõ potuit primo per cap. Statutum. in princip. de reser. lib. 6. Nam executor mixtus verus iudex est, secundum gloss. 1. cap. Pastoralis. §. Quare vero. circa medium de off. dele. Quam omnes ibi sequuntur. & sing. putauit Card. ibi. colum. 2. & ordinariam. Pa. in cap. De cætero. de re iudic. colum. 2. Et idem tenet Bartol. in l. A diuo Pio. num. 4. ff. de re iud. Quæ communis omnium est opinio. Secundo facit, quod in specie huiusmodi executorem mixtum ad beneficia debere habere qualitates aliorum delegatorum Sedis Apostolicæ tenet Card. consil. 103. sub finem, & est decis. Rotæ. 370. Ex hoc. in nouis & decis. 393. Nota ex hoc in antiquis, quæ habet facta per eum executore gratiæ, qui non haberet illas qualitates ipso iure nulla esse, per clausulam decreti irritantis positam in fine illius cap. Statutum.

Tertiò facit ratio illa necessaria, quam tangit Egidi. in decis. 126. quod c. illud Statutum. simpliciter loquitur de omnibus causis. & nullus est in corpore iuris textus, nec ratio necessaria quæ contrariu probet.

Executor mixtus Pa- pa vel lega ti nõ potest esse qui canonicatus vel ecclesia stica dignitate caret quia verus iudex est.

bet. Neque iuuat dicere quod Oldr. Rota, Guillel. & aliquot alij respõderunt, scilicet, quod aliud sit dicendum de causis quando principa liter committuntur, aliud quando accessorie ad gratiam, eo quod multa per accessionem conceduntur quæ principaliter non concederentur. cap. Super eo. de præbend. lib. 6. cap. Dudum. colum. 4. de elect. Et quia accessorium sequitur naturam principalis. Quoniam primò illud non satis asseuerant prædicti auctores. k. Secundò quia tunc licet aliquid per accessionem quod principaliter vetatur, quando alia ratio militat cum accessorie conceditur, & alia quando principaliter. At in nostro casu eadem est vtroque ratio. Quoniam siue per accessionem ad gratiam, siue principaliter de causa auctoritate Apostolica cognoscis: vtroque es iudex, vtroque Sedem Apostolicam repræsentas, vtroque quod feceris iniuste, vel indecenter in opprobrium eius cedit & iniuriam. Facit quod & accessorium tum demum sequitur naturam sui principalis, quando eadem ratio militat in eo quæ in principali, & alioqui non. cap. Debitores. & c. Cum contingat. de iureiur. ca. Quamuis pactum. de pact. lib. 6. & cap. Licet de iureiur. eod. lib. Quod bellissime Imol. annotauit in illo. cap. Debitores. num. 4.

Quartò facit decisio Rotæ. 369. in nouis & decis. 392. Nota quod in antiquis. Quæ primò habent, stilum Curia habere vt nemo deputetur executor gratiæ, nisi dignitatem habeat vel canoniæ ecclesiæ cathedralis. Quæ item habent secundò, cap. illud Statutum. non habere locum in subdelegatis, quibus nõ committitur, nisi nudum ministerium, scilicet, collatio & inductio in possessionem. Quoniam illa vt ibi dicitur, sine vlla causæ cognitione fieri possunt. Per quæ verba clarè intuitur illi c. Statutum, locu esse etiam in subexecutoribus, qui cum causæ cognitione procedunt: etiam si sint subexecutores gratiæ. Qui est noster casus.

Quintò facit quod ait Egidius conclusione 126. In executore, qui determinat esse locum princip. c. Statutum. in executore deputato ad confirmationem electionis.

Sextò facit extratragans Sedes Apostolica. Ioan. 22. de concess. præb. quæ iuncta gloss. zenzelini verb. id pertinebit, clarè sentit in executoribus & subexecutoribus gratiarum esse locum dicto cap. Statutum. Alioqui enim superflua erat declaratio illius extratrag. quo ad executores & subexecutores huiusmodi, vt palam est.

Septimò facit, quod eadem ratio militat in his executoribus causæ cognitionem assumentibus, quæ in alijs iudicibus. Quoniam nõ minus dedecoris, imo magis est Sedi Apostolicæ per hominem vili habitum vel futilem eam repræsentari, dum de eius gratia & beneficio

Accessorie non licet, quod principaliter vetatur, quando eade prohibendi ratio in vtroque modo inuenitur.

Executor nudi ministerij etiam Pape potest esse qui nõ est canonicus, neque dignitate præditus.

forte

forte maximorum reddituum cognoscitur, quam cū de alia causā, quæ forte super decimis vnius pulli gallinacæ committitur.

m
Executores gratiarū Sedis Apostolicæ ob insolentiam male audit ipsa.

Octavo facit ^m quod Sedes Apostolica male à multis audit, propter nimium multa quæ gratiarum beneficialium executores honoris sui & mali exempli prodigi cæcis oculis efficiunt, quæ dignitate vel canoniam ecclesiæ cathedralis ornati nullatenus facerent. Et ratio principij d. c. Statutum est, secundum Hostiensem, quem sequitur ibi Arch. col. 2. & post eum alij, ne Sedes Apost. dū delegatus eius aliquod iniustum agit aut iudices, confundatur. Nono facit illa Rotæ decisio raro citata quæ in nouis est. 403. dubitatum. Habet eum executorem merum qui non habet canoniam vel dignitatem & sententiam est executus non posse liquidationem fructuum facere: quoniam illa sine iurisdictione fieri non potest.

n
Executores gratiarū Sedis Apostolicæ non deputantur nisi cui congruat et. Statutum de resc. li. 6.

Decimo facit ⁿ quod Curia Romana quoad personas seruat decre. Statutum in executoribus gratiarum, secundum Ioan. And. in d. cap. Statutum. §. In nullo super verb. ciret in fine, & collector decisionum Rotæ antiquarum in decisio. 565. testatur pœnitentiarium & omnes de cancellaria respondisse sibi, quod non deputarent executores super gratijs: nisi personas tales quales requirit cap. Statutum. At stilius Cancellariæ ius facit cap. Ex literis de const. & de re iudic. cap. In causis de crimine falsi. Quam graui. Et nulla huius stili ratio idonea reddi potest: nisi quod executores gratiarum possunt sibi assumere partes iudicis, & habent iurisdictionem, & possunt fulminare sententias & c. iuxta gloss. Clem. Iudices de off. deleg. cum notatis per Innoc. in cap. Dudum. de præsumpt. Eadem ergo ratione oportebit subexecutorem mixtum qui iurisdictione vtitur ecclesiastica habere qualitates quas cap. Statutum requirit.

Vndecimò facit speciatim quoad nostrum casum, quod licet res controuertatur, quando executor voluntarie partes iudicis assumit, ^o tamen omnium fere vna sententia, quam tenent Domin. Anch. & Perus. in d. c. Statutum. §. In nullo habet esse necessariam, quod in executor gratiarum prædictæ qualitates concurrant, quoties ille in suo processu tenetur assumere partes iudicis. At in casu nostro is executor tenebatur illas assumere, vt in causa sequenti apparebit. Ergo saltem in casu proposito non poterit is subexecutor sine qualitatibus prædictis procedere.

o
Executores qui partes iudicis assumere tenentur, qualificatum esse oportere omnium fere vna est sententia: siue ad id ex forma expressam dati: siue aliunde reueatur.

Neque obstat si dicas, illam communem opinionem procedere, quando ex forma mandati tenetur partes iudicis assumere, vt quia ponitur clausula: vocatis vocandis. Quia primo eadem est ratio, quando alio ex capite ad id arctatur. Secundò, quia illa clausula tacite intelligitur, quoad illos casus in quibus oportet cum causæ cognitione proce-

procedere. Tertio, quod hoc expressè sentit Rota in illa decisio. 403. in nouis, quam Stephan. sequitur in q. 12. capellæ Tholos. An. vnum. quæ, vt supra dictum est, habet, eum qui sententiam est subexecutus non posse liquidare fructus; nisi habeat qualitates d. ca. Statutum. & non alia ratione, nisi quia licet non sit ibi posita clausula, vocatis vocandis: tamen tacite intelligitur quoad hunc articulum: ergo propositum.

Duodecimo facit, quod Collectarius vtrique doctissimus & expertissimus, qui materiam hanc attentius perpendit, quam alij, pro nostra conclusione simpliciter est in c. Proposuit. de concess. præben. & latius in c. Quod de his. de sentent. excommunic. decis. item c. Tholo. 203. An. c. Vbi satis etiam additio eius id sentit.

Decimotertio facit, quod Rota in decis. 99. Nota, quod executor, in antiquis hæc ferè verba habet: executor gratiæ non potest mandare subexecutoribus, nisi sit persona habilis, iuxta c. Statutum. de rescrip. lib. 6. potestatem cognoscendi seu assumendi iudicis officium, quauis nudum ministerium simplici presbytero seu curato demandare valeat.

Decimoquarto ad redundantiam adde, quod Gomefius vir eruditissimus, quod ipsius opera restantur in lib. de mand. de prouid. nume. 136. ait, quod quando beneficium est plenum & ab alio occupatur, non potest sine causæ cognitione procedi. Et in executoribus, qui eo casu procedunt, habet locum cap. Statutum. tam quoad personas quam quoad loca. Et mox hæc verba subiicit. Et idem est in subexecutore, cui non potest committi aliquid, quod requirat causæ cognitionem cum potestate assumendi officium iudicis, nisi sit qualificatus. Et ita conclusit Rota de mense Nouemb. 1537. in vna Abulensi coram R. P. D. Ioanne Mohed. Hactenus Gomefius.

p
Intellectus clausule Ceterum, quæ executorijs literis tantum sententiarum quæ processum super gratia fulminatorum inferitur.
q
Clausula Ceterum processibus fulminatis inferi consuevit ut varia conditionis subexecutorum continet, ita variè citat illas operetur.

Non obstat stilius Curia secundum quem in processibus, quos fulminatos appellant, tam sententiarum, quam gratiarum per clausulam Ceterum. in eis contentam deputantur subexecutores, non solum constituti in dignitate & canonici, sed etiam omnes alij clerici etiam primæ tonsuræ, imo & notarij & tabelliones, quicumque. Non, in quâ, is stilius obstat, imo potius pro nobis facit, primo in quantum ex eo colligitur nullam esse in hoc differentiam inter subexecutores gratiarum & sententiarum, quando quidem in omnibus eundem habet tenorem illa clausula. At omnium consensu constat per illam quoad ea quæ iurisdictionis sunt non posse deputari subexecutores sententiarum, nisi qualificados, quoad alia tamen sic. Cui consequens est idem etiam dicendum esse in subexecutoribus gratiarum. Secundò respondeo, quod in illa deputatione deputantur habentes

H dignitates

dignitates & canonias cum non habentibus. Et ideo ita debet intelligi, vt ea quibus expediendis nudum ministerium sufficit, possint expediri tam à qualificatis, quam ab alijs: qualis est collatio & inductio in possessionem nullo contradicente. Ea vero, quibus expediendis necessaria est causæ cognitio, vel iurisdictionis exercitium per qualificatos tantum: qualia sunt exceptionum admissio cum super illis pronuntiatione: qualis item monitio & excommunicationis prolatio. Pro quâ declaratione facit primo text. ille celebris in l. Plenum. §. Equitij. ff. de vsu & habit. Qui probat eadem verba ad

Verba eadē ad diuersa relata diuerso modo secundū diuersam eorū conditionem intelligenda esse.

Præilegiū celebrandi episcopo & alijs sacrisco simplici dicitur, aliud operatur in episcopo quā in illo sacrisco.

Clausula Ceterū laicos aliquos facit subdelegatos.

diuersos relata diuerso modo secundum diuersam eorum conditionem intelligēda. Probat enim quod legato equitij vsu duobus, quorum alter auriga est, & alter solitus certare in ludis Circensibus, hic poterit equis vti in ludis, ille vero non nisi in rebus aurigæ aptis. Facit secundo, quod ibi dicit Bald. legato lecto vxori, intelligi de vidua li secundum qualitatem suæ personæ. Ex quo sequitur, quod legatis duobus lectis vxori, & alteri alterius conditionis, diuersos eis lectos esse tradendos. Facit tertio l. Ex militari. ff. de milit. testa. Per quam & quod ibi Bald. ait probatur, quod si Papa concedat priuilegium episcopo & alteri presbytero vt tempore interdicti missare valeant, poterit episcopus cum insignibus pontificalibus, non autem alius presbyter. Faciunt quæ scribit Felin. in cap. Cum omnes, de const. col. 17. & And. Sicul. in consil. 5. Clementissimi. nu. 3. & consil. 17. Præclare. nu. 5. & consil. 30. Scribitur. num. 5. in consil. 39. Clementissime. nu. 9. pri. lib. Facit 4. Clem. Exiui. col. 3. de verb. signif. quæ habet, fratres Minores iurantes seruare regulam Beati Francisci, teneri seruare consilia pro consilijs & præcepta pro præceptis. Facit quinto, quod nisi sic illam clausulam interpreteremur, oportebit concedere tabellionem laicum posse assumere iurisdictionis articulum: quoniam quibuscumque notarijs & tabellionibus fit subcommisio. Per quæ verba etiam tabelliones laicos intelligi tenet Felin. in cap. fin. de præsump. colum. pen. & Guiller. in glo. extra. Sedes Apostolica, verbo executores inter communes & satis sentit Rota in decis. 369. in nouis. Et ne respondeas debiliter me inferre, quoniam laicus incapax est iurisdictionis ecclesiasticæ: considera etiam clericum simplicem, inhabile esse delegationis Apostolicæ: quamuis non tantū ac laicus. Facit sexto pro hac necessaria & iuri consonantissima interpretatione decis. Rotæ. 403. in nouis, quæ habet, executionē quidem executorialium Romæ latorum, quoad ea quæ sunt nudi ministerij posse fieri per quemcunq; in illa clausula Ceterū contentum: liquidationem tamen fructuum & ea quæ sine causæ cognitione fieri nequeunt non posse. Quæ clarior interpretatio potest esse? Et hoc ipsum sensit Rota si satis perpen-

pendatur in decisio. 369. in nouis & 392. in antiq. Rota item in decis. 99. Nota quod executor. in antiquis, cuius verba supra retulimus hoc expressius tenet.

Non obstat secundo principaliter conclusioni nostræ consuetudo quam aliqui dicunt alicubi vigere. Quoniam. c. Statutum. continet decretum irritans vt patet in §. fin. contra quod nulla consuetudo induci potest, per illud dictum Archid. à Ioan. And. Domi. Peru. & omnibus recepti in c. Cum de beneficio de præbend. lib. 6. Facit quod Roc. in c. fin. de consuetud. fol. 24. tradit col. 2.

Consuetudo nequit induci contra legem clausula decreti irritantis continet.

Non obstat tertio decisio. 565. Rotæ. Vtrum in antiquis, quæ habet, omnes vel maiorem partem dominorum Rotæ iudicasse processum cuiusdam executoris carentis qualitatibus. cap. Statutum. valuisse: nam vt collector ibi ait in fine, domini Rotæ moti fuerunt quadam æquitate. Quia primo notoria erat idoneitas super qua fuit processus factus neque pars eam negabat, vt collector ibi testatur colum. 2. Et qui notoriè dignus est, non debet examinari. cap. Nullus. 24. dist. Secundò Cancellaria dedit executorem, quem impetrans putabat esse idoneum. Tertio erat clericus pauper neque vllus fuit contradictor: quæ in alijs casibus vt plurimum non concurrunt, in nostro autem nullatenus. Secundò respondeo contra illam decisionem Rotæ sex alias esse quas supra citavi: tres quidem in nouis, & tres in antiquis. Tertio respondeo eandem decisionem sentire contrarium esse seruandum, quando æquitas prædicta cessaret. Quoniam in postremis verbis ad decisiones alias duas se remittit, quæ contrarium tenet. Eodem modo responderi potest ad decisio. 7. titu. de rescript. in antiquioribus, quæ de eodem negotio per eadem ferè verba loquitur.

Notoriè idoneus non est examinandus.

Non obstat quarto, quod recetior quidam vir alioqui doctissimus in illo c. Statutum. de rescript. li. 6. n. 77. ait, illam decisionem Rotæ. 565. procedere, quando à principio executores gratiæ non deputantur cū clausula, vocatis vocandis. Quia primò ibi cogitandum ait super suis dictis. Secundò y quod in omnibus executorum deputationibus subintelligitur clausula, vocatis vocandis, quoad ea in quibus cum causæ cognitione procedere, vel debent, vel volent, iuxta ea quæ in sequenti nullitatis causa dicemus, & iuxta ea quæ ipsemet dixit in tractat. de mandat. de prou. n. 136. Et ita omnes tacitè vel expressè cum illa clausula dari videtur, iuxta l. 3. ff. de legatis. 1. c. Significasti. de electione. Tertio respondeo, quod trepidatio illius viri docti & aliorum qui clausulam illam Ceterum, inspiciunt manat ex eo, fortè, quod non satis aduertunt, quod nos aduertimus, scilicet, verba eadē ad diuersos diuersæ conditionis homines relata diuerso modo intelligenda esse.

Clausula vocatis vocandis, subintelligitur in omnibus commissionibus quascūque cognitione causa oportet expediri.

Quartò respondeo, ipsummet in tracta. de mandat. de prouid. n. 136, pro nobis determinasse, quod cogitandum in illo ca. Statutum. reliquerat, vt superius est dictum.

Non obstat quinto auctoritas aliquot scriptorum. Nam Oldradus in consil. 295. Orta. licet attenta priori solutione quam dat obiectioni secundæ id videatur sentire: attenta tamen posteriori solutione eademque vltima, contrarium videtur tenere. Sed neque cōtra nos est Petrus Rebuffus in Concorda. super forma literarum executor. in principio. qui ait, stilum Curix pro nobis esse. Sed etiam dictum Fel. in cap. Postulasti. colum. 3. de rescriptis ad meros executores referri potest, ne cōtradicat his quæ dixit in c. De cetero. col. 3. de re iudi. Sed & illa gl. Guillelmi de Mōte Lauduno in extraua. Suscepta. de cōcess. præbendæ, inter cōmunes verbo, executores, post mediū quæ dedit occasionem tenendi contrariam partem aliquibus, non obstat. Quoniā primo ait, se quidem cernere id fieri: at quo iure fiat, non videre.

Secundò, quod ratio principalis, qua nititur vir alioqui doctissimus, falsa est. Ait enim ideo executorum non habentium qualitates d. ca.

^z Statutum, processum valere, quia pars contra quam proceditur consentit, & pars contra quā impetratur rescriptum renuntiare potest c. Statutum. ^z Hoc enim falsum est, quoad qualitates personarum delegandarum: licet verum sit, quoad loca in quibus est cognoscendum. Quod expressè affirmat. glo. recepta omnibus. in princip. illius c. verbo, committantur. Quia illud principium non tam in partium fauorem quam Sedis Apōsto. honorem constitutum fuit.

^a Nō obstat sextò illa Petri Do. & Peru. opinio, quā sequuntur Steph. ad Capel. Thol. decis. 103. & aliquot alij scilicet, quod ^a quāuis executores gratiarū debeāt habere qualitates. c. Statutum. aut super sedere negotio, quādo partes iudicis assumere tenentur: nō tamē quādo sponte ac voluntariē assumūt. Pro quibus facit illa theoria quæ habet: Quæ nō sunt actui necessaria, si adhibeātur inutiliter, regulariter eū nō vitiant. Inter cuius theoriæ multa exēpla hoc quoq; pōsuit Fel. in c. Cū ordinē. n. 3. supra eod. Pro qua est tex. in l. 1. in princ. C. de rei vxor. acti. & l. 3. ff. de milit. test. & c. Bonæ. 2. de elect. & Cle. Sæpe. de verb. signi.

^b sub finē. Facit gl. magna sub finē in l. Viuū. ff. si cert. per. Vnde ^b Inno. in c. Inter dilectos. de fid. instru. in verb. publica dixit instrumentum habens alioqui necessaria quo sit authenticum, nō vitari ex eo quod sigillum habeat corruptum vel illud amiserit. Facit item, quod corū propositū non est negare, quod male facit executor qualitatibus illis carēs vt edo iurisdictione, etiam eo casu quo illa nō est necessaria, sed quod actus sic perfectus valeat per theoriā supradictā. Nō, in quā, opinio prædicta obstat nobis. Quia primo in nostro casu necessarium

erat

erat partes iudicis assumere, vt in sequenti nullitatis causa ostendam. Secundò, quod nos non disputamus hic, an actus qui sine vllō iurisdictionis vsu factus valeret, pereat & inutilis omnino fiat, si per iurisdictionis vsurpationem illicitam conficiatur, sed solum contendimus, actum illum, qui sine iurisdictione confici non potest à commissario Papæ non habente qualitates cap. Statutum. fieri non posse. Tertiò ideo non obstat: quia illa theoria Felin. qua videtur opinio prædicta probari male huic proposito applicatur. ^c Quoniam processus iudicialis licet frequenter non sit necessarius in executore, non tamen est superfluous & inutilis. Quoniam vt eleganter ait Inno. in cap. fin. de præsumpt. num. 2. actus quem executor iudicialiter facit, nisi appelletur intra. 10. dies, præiudicat: non autem actus extraiudicialis. Quem sequitur etiam Card. consil. 140. Redemptoris. col. 2. Quartò ideo non obstat illa opinio, quia necessariò restringenda est procedere tantum in eo actu, qui valuisset etiam sine vllō iurisdictionis vsu. Qualis est collatio vel in possessionem rei vacuæ missio, citata parte aduersa ex superabundanti: non autem procedit in actu, qui ex iurisdictionis vsu pendet, qualis est excommunicatio vel pœnæ impositio. Quæ sine iurisdictione fieri non posse, efficaciter probabitur infra coroll. 5. & in quarta nullitatis causa.

Ex his infertur primo a ratio stili Curix, qui habet quidem vt executores gratiarum non deputentur, nisi qui habent qualitates per cap. Statutum. requisitas, subexecutores vero sic. Quoniam idem stilus habet, vt executores statim faciant processum, quem vocant fulminatum. In quo quia excommunicationes, suspensiones & interdictiones proferuntur, & hæc fieri non possunt sine iurisdictione, & ea vti nequeunt nisi qui habent illas qualitates, ideo tales deputantur executores. At quia processu fulminato multa & fere omnia sunt talia quæ iurisdictionem non exigunt, & quandoque mora multum posset obesse ad acquirendam possessionem si oporteret adire canonicas vel dignitates habentes, ideo tam eis quam alijs quibuscumque etiam laicis tabellionibus executio committitur: sic tamen intelligenda, vt vniciquæ videantur commissa quorum ille fuerit capax, non autem alia.

Secundò infertur e eum qui non habet dignitatem vel canonicam non posse vti clausula illa: contradictores ecclesiastica censura compellendo, quamuis notam facere & intimare possit excommunicationem in processu fulminato contentam sub eadem dilatione, quæ in eo continetur. Quia hoc est mere subexequi vices executoris principalis, illud autem, agere iudicem & vti iurisdictione. ^f Et quod excommunicare non possit executor Apōstolicus, saltem in

H 3 specie

^c Executor agens iudicialiter a-
ctū quæ ex-
traiudicia-
liter agere
potuit ali-
quanto for-
tiorē reddit

^d Executores gratiarum de more Curix cur soli qualificati constituntur, cū subexecutores & sententiarū & gratiarū etiam alij substituantur, ratio germana.

^e Clausula illa contradictores, &c. nō posse vti eum qui nō est qualificatus.

^f Executorē qui non est qualificatus nō posse nominatum præsertim excommunicare: quæ vti omnibus alius Collegatus per scrutatus est.

specie ac nominatim, si non habet illas qualitates affirmat Collect. in c. Quod de his de sent. excōmuni. Qui rem hanc alius omnibus perpendisse videtur & inuestigasse, vt ex ipsius scriptis ibi apparet. Facit g quod ideo in regno Franciæ non excommunicat meri executores, quia non permittuntur assumere partes iudicis: etiam si sint in dignitate constituti, vt testatur Petrus Rebus. in Concord. titu. de form. l. iter. executor. verb. contradictores.

Tertiò infertur ratio quare Archid. dixit in c. Statutum. col. 10. non esse locum illi c. in executoribus gratiarum. Quoniam solum de meris intelligebat, & illis qui non assumunt partes iudicis. Ait enim ad eos non pertinere citare, sed solum insinuare & notificare. Ex qua facile colligas eum si fuisset interrogatus, quid de executoribus, qui vel debent vel volunt iurisdictionem assumere, respōsurum fuisse in eis locum sibi vindicare. h Hanc Archid. sententiam male intellectam

& clausulam Cæterum, peius perpensam in causa fuisse arbitror, quare aliquot doctores in hac materia vel errarunt vel se confuderunt.

Quartò infertur manifesta ratio, i quare articulus causæ, qui sine iurisdictione potest expediri, delegatur non habenti qualitates d. cap. Statutum. iuxta gl. in princip. illius verb. causæ, & in §. In nullo verb. vices ab omnibus receptas.

Quintò infertur hunc de quo loquimur subexecutorem non potuisse partes iudicis in casu proposito, in quo maximè id erat necessum, assumere, quas tamen assumpsit. Quia primo is iudici M. iussit, vt à causæ huius cognitione se abstineret intra tres dies sub excōmunicationis & quingentorum ducatorum pœna, ferèdo illam in scriptis, si non pareret. Sub qua etiam pœna tam capitulo, quam M. quædam alia iussit. At constat ea non posse fieri, nisi per iudicem, vt mox in seq. corollario, ac postea in quartâ nullitatis causa dicam. Ergo qui hæc fecit executor, partes iudicis assumere tentauit.

Sextò infertur hunc subexecutorem non potuisse ferre excommunicationem & alias censuras, quas parum modeste tulit: quia ipse non erat capax iurisdictionis contentiosæ, per prædicta. k Et excom-

municare ad iurisdictionem pertinet contentiosam. Quia primo nõ debet sine causæ cognitione ferri: & fertur in inuitum. 2. q. 1. cap. Ne mo episcopus. Imo est meri imperij, secundum Innoc. cap. Transmissam. de electio. & Specul. titu. de iurisd. om. iud. vers. Secundum Canones. num. 2. 4. & Pan. in c. Quod sedem de off. ord. col. fin. & in cap. Si sacerdos. n. 10. eod. tit.

Neque obstat, quod Ias. in l. Imperium. ff. de iurisd. omni iudicū col. 14. dixerit eam esse simplicis iurisdictionis, quando fertur ad partis instantiam: tum quia id primo nil nobis obstat. Quia satis est proposito

proposito nostro excommunicationem ad iurisdictionem saltem simplicem pertinere, tum quia magnis viribus cōfutat Iasonem ibi doctissimus l. Gaspar. col. 50. concludens tunc esse saltē mixti imperij. Secūddò, quod excommunicatio ad iurisdictionem pertineat contentiosam, facit quod iura dicunt tantum à iudicibus excommunicationem esse ferendam vt in ca. 1. de sententia excommunicationis lib. 6. Vbi textus repetit verbum iudex. Ad idē c. Quærenti. de verborum signi. & in c. Archidiaconus. de offi. Archid. Tertiò facit, Pan. in d. c. Si sacerdos & in ca. Cum contingat de for. comp. concludit m non posse parochum simplicem excommunicare, nisi consuetudine quæssisset iurisdictionem ad id faciendam. Quod etiam tenuit glo. memorabilis in d. c. Nemo. 2. q. 1. Vbi eam vterque Card. probat. Et idem tenet Thomas cum communi, & præsertim Palud. q. 2. in 4. dist. 3. Et hoc non alia ratione, nisi quia iure communi nullā habet iurisdictionem parochus.

Septimò infertur hunc subexecutorem non potuisse iubere alicui quidquā sub quingentorum ducatorū fisco Apostolica applicanda, d. pœna: quia is non poterat assumere iudicis partes. n At pœnæ pecuniariæ impositio ad iurisdictionē pertinet. Quoniam primo licet cōtrouertatur, an illa sit meri, an mixti imperij, vel simplicis iurisdictionis: omnium tamen vna est conclusio eam ad iurisdictionem pertinere, & non posse imponi nisi ab illam habente iuxta illud Innocentij in c. Cum accessissent nu. 2. de consti. In hæc verba loquentis: Alia vniuersitates non possunt pœnam adijcere suo statuto, cum nullam iurisdictionem habeat ipse vniuersitates, & pœnas imponere pertineat ad iurisdictionem. Innocentium autem sequuntur omnes in ca. Cū omnes de cōst. teste Fel. ibi. n. 14. & Iasone in l. Omnes populi. ff. de iust. & iu. n. 35. Secūddò quia p pœnæ pecuniariæ impositio propter delictum ad eum tatum pertinet, qui habet iurisdictionē. Quoniam pertinet ad merū imperiū sexti gradus, vt luculēter resoluit prædictus domi. Gaspar in loco præcitato col. 51. Quamuis vt is subdit, cū pœna est applicanda parti officio nobili, ad mixtum imperium pertineat, & quando est applicanda parti officio mercenario, ad simplicē iurisdictionē. Cum igitur merus executor nullū habeat imperium, nullā habeat iurisdictionem, sed nudam facti executionem, consequēs est eum posse quidem pœnas illius iudicis, qui eum deputauit notas facere ac impositas esse intimare, nouas autem non adijcere. Vnde si eā adijcit, aut nil agit, aut partes iudicis assumere conuincitur. Cum igitur is partes iudicis assumere nequeat propter defectum qualitatum cap. Statutum, consequens est in omnem euentum eius censuras & pœnas & totum processum, quatenus illas tulit, esse ipso iure nulla.

g
Executor
nullus apud
Francos ex
communicat.
Nā &
ad eos solū
pertinet in
sinuare ac
notificare.

h
Archidiaconi
sententia
male intel-
lecta cum
clausula Cæ-
terum, peius
perpensa cau-
sa errantli
fuit circa
executorū
qualitates

i
Articulus
causæ non
iurisdictionis
cuius
delegabilis.

k
Excommu-
nicatio ad
iurisdictionem
pertinet:
est enim vel
meri, vel
mixti im-
perij.

l
Gaspar Va-
lesius lau-
datus.

m
Excommu-
nicare paro-
chianō posse
iure commu-
ni quæ nul-
lā eiusmodi
iurisdictionem
habet.

n
Pœnæ pecu-
niariæ im-
positio iurisdictionis

o
Iurisdictionem
habet qui nõ
habet non
possunt pœ-
nas statuis
suis adijcere.

p
Pœnæ pecu-
niariæ im-
ponere ali-
quando me-
ri, aliquan-
do mixti
est imperij,
aliquando
tem iurisdictionis
simplicis.

Io. Gomez laudatus impari suis meritis dignitatem habet.
 Hanc autem secundam nullitatis causam non obesse censuris pro M. latis palam est, quoniam prædictus Do. Io. Gomez, qui eas tulit, & si non habet quantam sui generis splendor & animi candor meretur dignitatem, habet tamen decanatum, quæ prima est post pontificalem dignitas in ecclesia Syluensi, & alium Archidiaconatum. Quæ satis superque sunt per. d. c. Sta.

Tertia causa.

Tertia nullitatis causa est, quod is assertus iudex processit vt merus executor, contra eum qui possidebat sine vlla causæ cognitione. Quod non potuit facere. Quoniam licet executores & subexecutores gratiarum Apostolicarum possint vt plurimum, si velint, sine causæ cognitione procedere, secundum glo. magnam circa medium Clem. 1. de off. deleg. & glof. zenzelini in Extrauag. Sedes Apostolica. Ioan. 22. de concess. præbend. in verb. executores, & glof. quæ latius loquitur Guiller. in ead. extrauag. & eo. verb. in eo. ti. inter communes, quod est originale dictum Innoc. in ca. fin. de præsumpt. & in c. Proposuit. de concess. præbend. Quando tamen exequi volunt contra eum qui est in possessione, tenentur assumere partes iudicis, & procedere cum causæ cognitione. Pro qua exceptione primo videtur text. ille celebris in cap. Licet episcopus. de præbend. lib. 6. Quod habet, beneficiū vacans ab aliquo possessum posse quidem conferri ab ordinario non vocato possessore: possessionem tamen non posse tolli ab eo, antequam audiatur. Si ergo ordinarius, cuius potestas fauorabilis est & amplianda Clem. 2. de off. ord. hoc non potest facere, multo minus delegatus, cuius potestas odiosa est & restringenda. cap. Ad hæc. cap. Nonnulli. in princip. de ref. & §. 1. cap. P. & G. de off. de. Quæ ratio est Card. consil. 103. Casus super quo. num. 21. Facit 2. quod non est principis propositum, vt quis à sua possessione amoueat sine causæ cognitione l. fina. C. si per vim vel alio modo cap. 1. de cau. possess. & propriè. Tertio facit, quod hæc conclusio in specie est Innoc. in ca. Proposuit. colum. 2. de concess. præbend. qui hæc quæ sequuntur ait ^u executorē quidem non solum de beneficio iure ac facto vacante providere posse vel providere mandare, sed etiam de vacante iure tantum, sed antequam possessionem tradat, debere summatim possessorem audire. Et si inuenerit eum male tenere, iubebit & coget eum facto dimittere, sicut de facto tenet: & postea exequetur mandatum. Et paulo post si hunc ordinem dimitteret executor, cassaretur quod fieret per cap. Cum nostris. & cap. Literas. de concess. præbend. & ff. de re iudic. l. A diuo Pio. §. Si super. Idem tenet Innoc. in cap. 1. de concess. præbend. lib. 6.

Executores gratiarum licet regalariter non tenentur ad assumendum iudicis partes, quando que tamen contra.

Beneficium ab alio possessum conferri quidem sine causa cognitione potest, nō tamen possessio eius sine illa tradi.

u Possessorem vocandum antequam à sua pellantur possessione: etiam si non possideat colore paulo inferius.

in possessionem & contradictores compescat, dicimus quod male fecit ille executor. Quia licet possit præbendam conferre non vocatis his quorum interest: tamen nullo modo debet auferre possessionem alicui, nisi vocato & conuicto possessore: nec etiam alias statum possessionis mutare. C. si per vim vel alio modo. l. fin. Nisi primo collationem fecisset partibus vocatis & cum causæ cognitione: Quia tunc non esset opus magna causæ cognitione in danda possessione. Hactenus Innoc. Quem audis dicere executorem non solum non posse tollere possessionem, sed neque illius statum mutare. Audis item eum dicere etiam post latam sententiam citandum esse possessorem, antequam illa executioni mandetur. Audi nunc eundem Innoc. in c. Cum olim 2. de priuileg. num. 2. in hæc verba loquentem. Executor Papæ merus sine vlla cognitione non posset alicui etiam partibus vim inferre, nec de possessione aliquam partium extrahere. Et paulo inferius subdit: Imo plus videtur, quod si viator siue merus executor inueniat rem vel ecclesiam cuius possessionem dare debet sine vlllo presente possessore, ita quod sine vlla violentia dare potest possessionem, tamen eam dare non debet, nisi illi qui eam tenet de facto primo eam resignet, vel verbo, vel auctoritate iudicis inde pellatur. Et sic intelliguntur decreta præallegata. cap. Quia diuersitatem. cap. Cum nostris. & cap. Literas. Quam conclusionem Innoc. sequitur Oldr. consil. 81. Quod processus. nume. 7. Qui prædictis ea verba addit: ^y Et ideo sententia excommunicationis etiam nominatim in eum qui est in possessione lata non tenuit: cum executores non habuerint in eum potestatem, nisi indebite contradiceret. Ipse autem nolens possessionem sine cognitione dimittere, non indebite contradixit, vt notat Inno. Host. Io. And. Cald. & Archid. de concess. præbend. Quia in cunctis. li. 6. Hæc Oldra: Quem audis dicere censuras etiam nominatim in possidetem latas non tenere. Idem tenet ipsemet Oldr. consil. 227. De toto. nu. 3. Cuius verba sunt: Quamuis merus executor possit ad collationem procedere parte non vocata: tamen ad missionem in possessionem non procedere, nisi parte vocata, vt extra de præb. cap. Licet. lib. 6. Et paulo inferius: Nunquam autem siue possessor colorem habeat possidendi, siue non, amouebitur à sua possessione sine causæ cognitione, vt 16. q. 4. Volumus. Idem consuluit Card. consil. 63. num. 2. & expressius in consil. 75. Reuerende pater & in consil. 54. Lite. num. 4. & in consil. 10. Idem tenet etiam in consil. 103. Casus super quo. nu. 21. & in Cle. 1. q. 9. de off. deleg. Cui consentit etiam Imol. ibi. num. 38. & fufius. nu. 47. dicens gl. Cle. illius, quæ habet executorem non teneri ad partes iudicis assumendas, procedere quando possessio est vacua vel tantum ad collationem vult procedere: secus autem, si etiam possessionem

x Executor possessionem beneficii ab alio possessore non potest sine causa cognitione tradere: imo neque possessionis statum mutare, etiam post latam sententiam: etiam si sine violentia eam tradere posset & possideret abesse.

y Excommunicatio lata in possessore ab excommuniatore gratia illa ratione, quod nolit possessionem sine causa cognitione relinquere, nulla.

Executione per abrupta sine cause cognitione contra possessorem factam perditus eius in cuius fauore illa facta fuit.

sefsionem ab alio occupatam velit tradere. Idem Petrus ab Anchar. consil. 240. Per prædicta. num. 3. Qui prædictis addit eum in cuius fauorem talis executio sine cause cognitione fieret, priuari omni iure suo per l. Meminerint. C. unde vi. Idem sentit consil. 274. Ad declarationem hoc tenet & Felin. in cap. fin. colum. 7. de præsumpt. affirmans executorem gratiæ debere assumere partes iudicis & prætermittere meram executionem, quoties alius est in possessione: etiamsi sit iniustus detentator, vel intrusus, vel etiam priuatus ipso iure. Vbi allegat etiam Cald. qui in consil. 4. de dilat. affirmat hoc de illicito possessore & intruso. Nec conclusio hæc habet vllum contradictorẽ. Nam & Vitalis in lib. clausularum clausula 31. Si tibi constiterit. col. 2. pulcherrime sic loquitur: Executor in conferendo non tenetur citare partem, vt dicit Archid. in cap. Ordinarij. de offici. ordi. sed in amouendo à possessione sic, vt in c. Licet. de præbend. lib. sext. Sicut prætor non citato possessore confert bonorum possessionem decretalem, vt notatur in l. 4. §. pen. ff. de bono possess. Tamen bonorum possessionem corporalem non dat, nisi citato bonorum possessore, vt plene notat. in l. 1. C. quo bono. Facit. l. Edicto. §. 1. C. de edicto diui Adri. tollend. Denique hanc conclusionem in specie tenuerunt Host. Archid. Io. And. Domi. & Perusi. Innocentium ibi secuti in cap. 1. de concess. præbend. lib. 6.

2 Executor meras terminum præfigere non potest ad effectum saltem excommunicandi noua excommunicatione eum qui non paruerit b Dilatio citatoria & deliberatoria nõ requirunt causa cognitione qua tamen ad producendos testes vel alio modo instruendã causam fit.

Quarta nullitatis causa.



Quarta nullitatis causa est, quod prædictus subexecutor assertus a excessit fines executionis suæ, dum terminum siue dilationem 15. horarum præfixit excommunicando ex tunc non parentem. Quia is merus executor erat, & vt talis procedebat ipse id protestans ac dicens se viã meræ executionis eligere, vt ex eius iniustis præceptis adparet. At huiusmodi terminum præfigere non ad meram, sed ad mixtam executionem quæ cum iurisdictione fieri debet videtur pertinere. Quia cõcessio vel denegatio dilationis cum cause cognitione debet fieri l. 1. C. de dilatio. A prior tex. in l. A procedente. C. eo. 3. q. 3. §. Spaciũ. Scio competitorem respondere posse iura hæc intelligenda esse de b dilacione, quæ datur ad testes producendos, & alia quæ ad causam pertinent instruendam, non autem de citatoria, secundum Innoc. hic. nu. 4. quem Io. And. Imo. & communis sequuntur. Et glo. in verb. præcipimus commendata per Feli. in fine sentit nonnunquam terminũ præfigi, etiam ab eo qui nulla iurisdictione vtitur, & Innocen. in cap. Præterea. de dila. in principio ait, dilationes citatorias & deliberatorias

rias

rias sine cause cognitione dari posse. Et hæc dilatio 15. horarum deliberatoria posse dici videtur. Sed ne videatur competitor per hanc responsum satisfacere: considera me non agere de simplici huius termini præfixione, sed de illa, quæ præfigitur ad effectum excommunicandi & alia pœna graui pecuniaria mulctandi non parentem, ex tempore dilationis concessæ excommunicando & condemnando illum, si non pareret intra illam dilationem. Quod si consideres, facile dices eum iurisdictione vti voluisse: quandoquidem sententia excommunicationis sine iurisdictione fieri non potest, vt tenet Pan. in c. Si sacerdos. nu. 10. de offi. ord. & supra in secunda causa nullitatis. coroll. 6. late comprobatum est.

Ex quo infertur quod licet quæ ad alios effectus alij qui non sunt iudices terminum præfigere possint: ad effectum tamen infligendi nouam excommunicationem nemo potest terminum præfigere, nisi iudex. Pro quo facit quod Hosti. in præfenti, quem Ioan. And. Imo lensis & communis sequitur, ait, c quod licet in casu nostri cap. ordinarius iubere possit iudicibus delegatis & partibus, vt ei exhibeant literas super quibus concertatur, & licet illi si non paruerint, inobedienciæ crimen incurrant, non tamen eos ob hoc poterit excommunicare vel aliter castigare. Quia extra iudicialiter procedit & sine iurisdictione. Facit ad hoc quod merus executor in quantum huiusmodi, etiam de facto contradicentem non excommunicat, secundum Petr. Rebu. in Concordant. tit. de forma litera. execut. in glo. contradictores.

c Ordinarius in casu huius c. Cum contingat terminum præfigit ad sibi parẽdũ, non autem ad puniẽdũ nõ parentẽ.

Quinta nullitatis causa.



Quinta nullitatis causa est, quod is subexecutor quando notificauit M. literas suas assertas d nimis breuem terminum ei præfixit. Quoniam solas 15. horas pro termino peremptoriõ præstituit, & non cuiuscumque diei, sed dominici. Nam licet monitio antea fuisset facta, literarum tamen copia & exemplar quæ cum monitione subexecutor tradi iubebat, die Dominico fuerunt tradita: neque quacumque hora illius, sed ante meridiem instante decima, posteaquam M. nõ solum missauit, sed etiam sacrosanctissimum altaris sacramentum indignis manibus, de more societatis siue confraternitatis ipsius, in publica supplicatione siue processione portauit: neque quocumque loco, sed prope chorum ecclesiæ cum descenderet ad concionem publicam & missam maiorem audiendam. Quis te rogo adeo ferus vel ferus est & ab humanitate alienus, qui non arbitretur hunc terminum homini feni & lassõ nimis breuem esse ad legendas literas Apostolicas

d Dilatio nimis breuis grauat: quæ autẽ sit eiusmodi arbitrio iudicis relinquitur

tam

tam gratiosas, quam executorias, & processum super his fulminatū, & eorum omnium exemplar siue copiam cum exemplari conferendum, & deinde deliberandum, an relinquere debeat necne possessionem talis Cantoriæ viginti & eo amplius diebus pacifice continuatam? Cum interim oporteret eum prandere, & parum quiescere, & doctum aliquem in propria causa consulere: quamvis ipse mediocriter habeatur doctus, ne quid temere vel contra se vel contra competitorum ageret, iussus præsertim à Rege ne possessionem illam dederet, nisi prius literis illis diligenter perspectis & iustitia competitoris satis perpensa. At quæ dilatio sit nimis brevis, arbitrio boni viri relinquatur, secundum Innoc. receptum per omnes in cap. 1. de dilati. Facit, quod executor principalis præstituit spatium sex dierum in clausula. Ceterum, processus fulminati ad ea quæ sunt multo minora, ut palam est eam legenti. Tertiò facit, quod executor, etiam merus, nimium festinans grauat, secundum Innoc. in cap. Præposuit. de concess. præbend. num. 5. Quartò facit, quod excommunicationem debet canonica monitio præcedere. c. Sacro. de sententia excommunicationis. Canonicam vero monitionem quæ excommunicationem præcedere debet, interuallum aliquot dierum continere oportet cap. Constitutionem. de sententia excommuni. lib. 6. Vbi Ioan. And. Domi. Perus. addunt, illud debere esse saltem duorum, argumēt. Regulæ Pluralis lib. 6. & l. Vbi numerus. ff. de testi.

^e
Executor
nimium festi-
nans grauat,
etiam si sit
merus.

^f
Excommu-
nicationem
canonica
præcedat,
monitio, nõ
est autē ca-
nonica quæ
saltem duorum
dierum in-
teruallum
non conti-
neat: nisi ne-
cessitas ali-
quid suadet

^g
Excommu-
nicatio quæ
pro futura
culpa fer-
tur non re-
quirit moni-
tionem ca-
nonicam, quæ
vero propria
terita, sic
etiam si ea
fuerit noto-
ria.

Non obstat primò dicere, quod illud fallit, quando facti necessitas aliter illud suadet moderandum, ut finis illius. cap. continet. Nam tunc etiam sine vlla monitione præcedente excommunicatio fieri posset secundum Hosti. in c. 1. de offi. deleg. lib. 6. quem sequitur Domi. ibi. num. 4. & est gloss. memorabilis, quam sequitur Ioan. And. Domi. & Perusi. in c. primo, verbo temerarius, de sententia excommuni. lib. 6. Non, inquam, iuuat hoc dicere: quoniam hic nullum periculum erat in mora. Iam enim M. prædictam Cantoriam multo tempore continuo possedit, siue bene, siue male. Vnde duorum dierum possessio vltior nihil iuris demebat competitori, neque addebat M. quocumque interdicto agendum esset, ut palam est cuique vel mediocriter docto.

Non obstat secundò g respondere quod capitula illa Sacro. & Constitutionem. de sententia excommu. qua parte monitionem exigunt, non habent locum quando excommunicatio pro futuris culpis profertur, secundum Innoc. in princip. ca. Sacro. de sententia excommu. Quem nescio quare non citauit ibi Feli. qui hoc tenet nume. 5. cum tamen ad hoc non sine laude citet Ioan. And. in cap. P. & G. de offi. deleg. & idem faciat in cap. Cum sit Romana. de appella. Non inquam

hoc

hoc obstat. Quoniam in casu proposito pro præterita culpa excommunicatio ferebatur ea, scilicet, de causa, quod M. possidendo Cantoriam molestabat competitorum: & ita monebat, ut desisteret à culpa præterita. Et si vrgeas, non desistere à molestatione præterita futurum quid esse. Respondeo, quod si hoc modo culpam futuram consideres, oportebit te dicere omnem excommunicationem pro futura culpa ferri. Nemo enim pro delicto præterito debet excommunicari, nisi moneatur prius desistere, & non desistat, secundum gloss. memorabilem & receptam in ca. Episcopi. 1. 1. q. 3. etiam si delictum notorium esset. Quod eleganter concludit. Pan. in cap. dicto. Cum sit Romana. sub finem. quem Perus. & Præpos. cum Decio pulcherrime respondente illi textui sequuntur. ^h Tunc ergo dicitur ferri excommunicatio pro culpa futura, quando nondum illa præcessit, & quando non monetur quis desistere ab ea culpa, quam iam admisit vel admittit, sed fertur ob eam quæ omnino futura est culpa. Ut quando qui aliquod debitum contrahit cõsentit, ut eum iudex ab eo tempore excommunicet, nisi intra illum vel illum terminum soluerit, iuxta mentem Innoc. & Hosti. quam pulchre ibi declarat Imol. col. 3. in d. ca. P. & G. Aliud exemplum quotidianum ponit Lapus alleg. 73. Prælatus.

^h
Excommu-
nicatio quæ
pro culpa fu-
tura ferri
dicitur.

Ex quibus omnibus colligitur nimis breuem terminum præfixum fuisse M. à subexecutore competitoris: fateor tamen ex hoc solo capite censuras ab eo latas non posse iudicari nullas. Quoniam licet excommunicatio ferri non debeat, nisi canonica & competente monitione præmissa: si tamen feratur, tenet, licet iniusta sit. d. cap. Sacros. versi. Si vero. ibi, reuocare & glo. 2. illius. c. & gl. 2. q. 1. in Summa, & in c. 1. de excof. prælatorum, & in c. Romana. in versi. Iniustas. de sententia excommunicationis. lib. 6. & Pan. in c. Ab excommunica. inf. eod. & latè in c. Illud. in 3. col. de cle. excommuni.

ⁱ
Excommu-
nicatio sine
monitione
lata iniusta
quidem est
sed valida:
& si à dele-
gato feratur.

Neque obstat primò dicere, quod licet regulariter sententia excommunicationis sine cõpetenti monitione lata teneat: tamen fallit quando illa fertur à delegato, secundum decis. Rot. 139. Nota, quod excommunicatio in antiq. quam sequitur Feli. in illo c. Sacro. colu. 1. versic. Fallit vno casu. & ante illum Nicol. Mil. in repert. verb. Citato. colu. pen. Non, inquam, hoc obstat. Quoniam illa opinio Domi. Felin. non videtur tenenda. Quia primò nullum habet firmum fundamentum. Nam si quod haberet, maximè esset illud Car. Ottonis. quod Hosti. & aliquot alij approbant in cap. fina. de præbend. scilicet, sententiam omnis iudicis delegati aut iustam esse, aut nullam; eo quod intentio delegantis sit ut rectè ac ritè procedatur: Illud autem Ottonis dictum ab omnibus ferè iam exploditur, ut post Card. Pan. & Imolenf. nos

^k
Sententia
delegati nõ
ideo nulla,
quia iniu-
sta.

quoque

quoque anno superiore tradidimus in illo ca. fin. de præbend. vt ibi potest videre qui volet. Et ita contrariam sententiam decisioni Rotæ prædictæ affirmat collector decisionum antiq. in decisio. 559. Vtrū excommunicatus & decisio 3. in antiquioribus tit. de senten. excommuni. Et tenet Pan. post Innoc. in ca. illud. de cleric. excommuni. nist. colum. 3. & Ludo. Roman. consil. 354. Circa propositam. colu. 2. Quod ipsum etiam sibi contrarius tenet Felin. in cap. Cum sit Romana. colum. 5. de appella. & Deci. in cap. Reprehensibilis. colum. 2. de eodem titu.

¹ Non obstat secundo dicere, quod opinio illa Rotæ in decisio. 139. vera videtur, quando delegata fuisset potestas excommunicandi sic restricta, vt monitione præuidi faceret: quia tunc nulla esset, tanquā contra formam delegationis lata arg. c. Cum dilecta. de rescript. & c. Pisanis. de restit. spol. iuxta declarationem Domi. in c. Romana. §. Sed nec. num. 3. de sentent. excommuni. lib. 6. Non, inquam, hoc obstat: quoniam neque executoribus gratiæ huius Papa, neque executor subexecutoribus eam clausulam & restrictionem adiecit, vt in literis desuper confectis patet. Quibus consequens est, hanc solam nullitatis causam non sufficere, quo excommunicatio & censuræ ab hoc subexecutore latæ sint nullæ. Quamquam si ei adiunxeris illam fuisse latā in monitorio executorio sine causæ cognitione & sine clausula iustificatiua: si te senseris & c. lato, satis superque sufficit, vt infra in octaua nullitatis causa probabitur. Quamuis itē hæc sola quinta nullitatis causa non sufficiat ad concludendū censuras has esse nullas, sufficit tamē ad probandum, quod per eiusmodi monitionis canonicæ omissionem & termini breuissimi appositionem M. fuit grauatus, & per consecutionem iuste ab eo potuit M. appellare. Cum ergo, vt in sequenti causa dicemus, appellauerit ante excommunicationem & alias censuras, consequitur irrefragabiliter eas esse inutiles & nullas.

Hæc autem nullitas non potest allegari contra censuras pro M. latus. Quoniam & si iudex ipsius eundem terminum 15. horarum præfixit: tamen primo iustam causam id faciendi habuit: cum prius subexecutor competitoris id ad eius instātiā fecisset. Et quod quisque

^m iuris in alium statuit ipse eodem iure vti debet ff. quod quisque iuris in rub. & nigro, iuxta illud Sapientis: Patere legem quam tuleris. ca. Cum omnes. de constit. Secundo, quod suum monitorium pœnale iudex. M. temperauit, dicens in fine se partes mixti executoris suscepturum, si quam iustam defensionem intra illum terminum allegare vellet. ^m Per quod in vim simplicis citationis resoluebatur iuxta glossam illas duas receptas, quarum vtraque multis putatur singularis. Et

altera

altera est glo. fin. cap. Ex parte. i. de verb. significat. Altera est tertia. §. De pupillo. l. Meminisse. ff. de operis noui nunc. Facit tertia quæ est postrema. l. Ea quidem. C. si mancip. ita fuer. aliena. vt non man. quā dixit sing. Ang. in illo. §. Meminisse, & eam appellauit optimam Pan. in cap. Exhibita. de iudi. Quæ conclusio communis est: nam & ultra alios illam tenent Bartol. in l. 1. C. de execu. rei iudi. Bald. in l. 2. C. de epi. aud. in versi. Venio ad verbalem. & in l. Actione. C. de transac. in versic. Quærit dominus Iacobus Ange. & Ioan. Imol. in d. §. Meminisse. Innocen. in cap. fina. de coha. cler. & mul. sentit Bald. in rubrica. C. comminationes Apostolicæ. Salicetus. in l. 1. eod. titu. Quod tamen temperamentum is subexecutor suo monitorio pœnali minime adiecit.

Tertio ideo non potest allegari hæc nullitas contra censuras pro M. latus, quia à monitorio iudicis M. competitor non appellauit, vt in sequenti causa dicemus.

Sexta causa.

Sexta nullitatis causa est, quod intra illas 15. horas appellauit. M. ab illo pœnali monitorio in scriptis, expressis causis aliquot iustis, & in his, quod nimium breuem terminum præfixerat. Cum igitur ex his quæ superius in proxima causa scripsimus, cōstet per illam nimium breuis dilationis præfixionem grauatum fuisse. M. n. constabit etiam illum iuste appellasse. Ergo censuræ postea latæ ipso iure sunt nullæ cap. Per tuas. de sententia excommunicat. c. Cum contingat. de off. delegat. c. Solet. de sententia excommunicat. lib. 6.

Non obstat id, quod audio dixisse aliquos sciolos, hunc subexecutorem cum clausula: appellatione remota, procedere: quia in literis executorijs dicitur: contradictores appellatione postposita compellendo, & ideo non potuisse ab illo appellari, nec eum de appellatione curare debuisse. Non, inquam, hoc obstat. Quia primo crassus error est, putare hunc subexecutorem appellatione remota procedere: quoniam licet clausula prædicta: cōtradictores appellatione postposita & c. in literis executorijs Papæ ponatur, & ideo executores ipsi principales in literis nominati, quibus causa immediatè à Papa delegatur possint appellatione remota procedere: non tamen ponitur illa clausula in literis subdelegatorijs ipsius executoris principalis, vt palam est processum fulminatū introspicenti. Et merito, quia neque poni potuit, p. quoniam is cui à principe causa delegatur appellatione remota, licet illam possit alteri subdelegare, non tamen potest cū clausula, appellatione remota. Casus est putatus sing. in cap. Super

quo-

ⁿ
Excommu-
nicatio post
appellatio-
nē iustā la-
ta ipso iure
nulla.

^c
Executor
gratiarū a-
postolicarū
quamuis in
contradicto-
res appella-
tione remo-
ta procedat:
non tamen
eius subexe-
cutor.

^p
Delegatus
cum clau-
sula, appella-
tione remo-
ta, non
potest sub-
delegare cū
illa: & ratio
germana
quare in
clausula,
ceterū pro-
cessus ful-
minati &
subexecuto-
rū non re-
peritur clau-
sula, contra-
dictores & c.
que ponitur
in executori-
ijs.

quæstionū. §. Nos autem. de offi. deleg. qui tamē similit̄ habet in eo. c. in §. Si vero. Vbi post alios Pan. in 2. notabili ab omnibus receptus id annotavit. Et hæc est ratio memorabilis quare in clausula Cæterū, solum dicitur sub executoribus, ne permittant competitorē per aliquem indebitē molestari, nulla facta mētionē de appellatione postposita vel remota.

Hæc autem causa non potest allegari contra censuras pro M. latas. Quia in primis competitor non habuit hanc iustam appellandi causam. Quoniam primo vt in quinta causa dicebam iudex M. iustē abbreviavit terminum suæ monitionis pœnalis. 2. §. quia dato quod nō abbreviasset iustē, tam per clausulam qua pollicebatur se auditurum

q
Abbreviatio termini citatorij nō est iusta causa appellandi ei qui intra terminū coram iudice comparere potest.

r
Monitoriū pœnale non grauat sicū audientia detur donec exceptiones oppositæ reijciantur. Et ideo miserè peccare, qui a monitorijs pœnalis Salmaticensis Academia Conservatoris ilico appellant.

s
Citationis cui exceptio declinatoria fori cōpetit eā allegare debet: nisi sit notoria.

t
Appellatio cōpetitoris risu digna multis de causis.

iustas exceptiones, resoluebatur in vim simplicis citationis, vt ibi est dictum. Et q abbreviatio quamlibet brevis termini & peremptorij, si est citatorius, non est iusta causa appellandi: quando saltem intra illū citatus commodē comparere potest coram citante, secundum Anto. Pau. & Imo. in ca. 1. de dilati. Et competitor potuit commodissimē in casu nostro comparere coram iudice M. citante intra 15. horas: quoniam vterque in nostra Conimbricæ morabatur, & iudex copiam sui faciebat continuam. Tertiō, quod per monitoriū pœnale cum audientia & facultate allegandi quæ voluit non dicitur quis grauari secundum Pan. in ca. Ex parte. 1. de verbo. significat. colum. fina. & in cap. 1. num. 6. de causa possess. Et ideo non potest immediatē appellari, sed prius debent exceptiones opponi & illæ reijci secundū Probū in c. 2. de consti. lib. 6. colu. 2. Quæ omnia sentit latius Ioan. Lupus in tract. de benef. vacam. §. fin.

Ex quo inferitur, verum esse id quod alias sæpe Salmaticæ respondi, nempe miserè peccare ac in excommunicationem incidere, qui a monitorijs illius Academiae Conservatoris per eiusmodi clausulas iustificatis appellant simul ac eis notificantur, & deinde mittunt appellationem ad eum, dicentes se non subesse illius iurisdictioni. Errant enim, quia per solam citationem nemo grauatur. Imo licet habeat exceptiones fori declinatorias: comparere tamen debet ad allegandū eas per se, vel procuratorem. l. Si quis ex aliena. ff. de iudi. l. 2. ff. si quis in ius voca. non ier. Nisi notorium sit citatum non subesse citanti vel alias citationem esse nullam, iuxta glo. receptam & memorabilem in c. Si episcopus. 3. q. 2. & alias quinq; quas in c. Cū ordinē. supra eo. allegavi. Quartō ideo hæc nullitatis causa nō potest contra censuras pro M. latas allegari, quia competitor non appellavit cum debita forma: solum enim verbo dixit se ante omnia Sedem Apostolicam appellare. Quod cum legissem, fateor me non potuisse risum continere, considerans primo, quod a citatione iudicis sic appellabat contra prædicta

cta

cta, deinde quod sine vllius causæ insertione id faciebat, cum appellaret ab interlocutoria contra c. Vt debitus. de appella. & Cle. Appellanti. eo. tit. Tertiō, quod verbo sine scriptis appellabat, contra c. 1. de appella. lib. 6. Putavit enim, vt arbitror, eius patronus, (in quo etiam alios etiam doctos vidi errantes) appellationem u in scriptis censeri factam, si quis coram notario dicat se appellare, & roget eum vt id scribat: cum tamen id longē alienissimum à vero sit, iuxta sententiā Angel. communiter receptam. in l. A sentent. §. 1. ff. de appella. Vbi concludit, quod vt quis dicatur appellare, in scriptis debet offerre libellum continentem appellationem scriptam: nec sufficit quod quis viua voce appellet, licet in cōtinenti faciat eam scribi per notarium, etiam cum expressione causarum grauaminum. Imo secundum eū oportet addere verba in his scriptis. Quod tamen non esse necessariū affirmat Imol. ibi communiter in hoc contra Angel. receptus. *Facit, quod sententiam diffinitiuam non dicitur in scriptis ferre qui eam verbo fert, & latam statim scribit: vel dum eam fert facit in scriptis per notarium redigi, secundum omnes in c. fin. de re iudi. li. 6. Aliud enim est, aliquid in scriptis feri, aliud factum in scriptis redigi, secundum glo. receptam quæ secunda est in illo cap. fin.

u
Appellatio prius scripta in libello appellatorio debet offerri vt in scriptis dicatur facta: neque sufficit vt dum fit, vel mox ac facta fuerit, scribatur.
x
Sententia que in scriptis dicitur ferri.

Quintō ideo hæc nullitatis causa contra censuras pro M. latas non potest allegari, quia si qua competitoris in scriptis reperitur appellatio, non reperietur tamen facta coram iudice: Quod tamen est necessarium, quando copia iudicis haberi potest. Clem. 1. de appella. ibi, coram ipsis, vbi glof. hoc annotavit, & affirmant domini Rotæ. decis. 366. Si appelleretur. in nouis. Quæ communis opinio est, quam tenet Inno. relatus ibi à Bald. in c. Cum olim. colu. 1. de do. & contu. Innoc. Imo. & Perus. & Deci. in c. fin. colu. 3. de appella. Pro qua est rex. ibi. & in c. Appellat. eodem titu. lib. 6. & in l. 1. §. Si quis ipsius. ff. quando appella. sit. Arbitror tamen cum Dec. in cap. Suggestum. de appella. valere appellationem sine præsentia iudicis, si postmodum ipsi iudici notificetur, modo illa notificatio fiat intra tempus debitum, per ea quæ Specula. scribit in tit. de appella. §. Qualiter. col. 1. versu. Hoc etiā. At competitor neque appellavit in præsentia iudicis. M. neque appellationem in absentia eius interpositam intimavit ei intra terminum præfixum per monitoriū pœnale ad incurrendas censuras: Ergo inuitabiliter incidit in eas.

y
Appellandū coram iudice si eius copia potest haberi, aut certè intra debitū tempus intimandū esse iudici appellationem in absentia interpositā.

Non obstaret his, quod appellatio competitoris ad notitiā iudicis aliquo modo venisset intra decendium à die notificationis monitorij post lapsum termini in eo præfixi. Quoniā primo illa nō inuenitur iudici notificata. Secundo, q̄ quādo inueniretur ab aliquo intimata, nō tamē à parte, neq; ab vllō ipsius procuratore. Quod tamē videtur

z
Appellatio nis intimatorem fieri posse per negotiorū gestorē & aliū quēlibet nō habentē mō datū, aq̄ videtur.

I necessaria

necessarium. Quia protestatio etiam denunciatiua regulariter per partem vel procuratorem facienda est, secundum Bartol. in l. Non solum. §. Morit. nu. 33. ff. de oper. noui nunc. & Felin. in cap. Cum. M. de constit. nu. 43. Et in specie Rot. decis. 12. Nota, quod ubi in antiq. habet, non valere intimationem appellationis ab alio, quam a procuratore factam: licet contrarium ei tribuat Ripa in c. Cum. de constit. num. 133. Et idem tenet Archid. in c. Si quis præpostera. 50. dist. Quæ responsio licet sustentabilis sit: tamē contraria opinio consonantior est illi quam paulo ante cum Speculatore, & Dec. tenebāt, a quæque singulariter per hoc ampliat, vt scilicet, non solum sufficiat appellare in iudicis absentia, modo notificatio fiat ei tēpore debito, sed quod etiam sufficiat eam notificationem fieri iudici per quemcunque, siue per partem, siue per procuratorem; siue per negociorū gestorem, siue per quemuis alium. Pro qua videtur glos. sing. in Clem. Causam. recepta ibi per omnes in verbo, plena, sub finem; quæ habet sufficere notitiam appellationis fieri parti appellatæ per amicum ipsius. Quod ipsum tenet per illam commendatam. And. Sic. in hoc. c. n. 26. & in c. Mandatum. n. 19. inf. eod. Est. & pro eadem opinione deci. Rotæ. 127. Valet. in nouis, & eandem tenet Ripa. in d. c. Cum. M. n. 133. & Alciatus. in l. Detestatio. sub finem. pag. 15. ff. de verb. signi. & ante illos Card. Alexandrinus profundius certè, quam illi. in d. ca. Si quis præpostera: Quanquam omnia quæ gl. Rot. & Card. citant in extraiudiciali appellatione loquuntur. Quod nemo recētorum animaduertit. Teneri tamen posse videtur idem esse in iudiciali, tum ob eādem rationem, tum ob. c. Si duobus. de appell. Quod nemo in hoc allegat, quodque probare videtur etiam tum sufficere illius scientiam ad iudicem peruenisse quomodolibet, quamuis aliter non intimetur ei. Quare hac responsione omiſsa secundo respondeo, b quod licet ad valorē appellationis sufficiat eius interpositæ scientiam intra decendium ad iudicem peruenisse, iudex tamen non tenetur a procedēdo desistere donec pars id petierit. Quod eleganter determinare videtur Dec. in illo. c. Si duobus. n. 14. Quod tamen videtur saltem tacitè petere is qui per se vel procuratorem intimat appellationem, nō autem is qui hoc negligit facere. Cum ergo iudici. M. neque ante dicendum, neque post illud appellatione illa fuerit vllatenus a competitore per se vel suum procuratorem intimata, potuit iudex non obstante scientia illius aliunde habita procedere. Quia tamen illa opinio Decij negari posset, ideo tertio respondeo, c quod sicut secundum opinionem minus communē competitori favorabiliorē, quā supra in gratiā veritatis contra nos tenuimus, licet sufficiat appellare in absentia iudicis: tamē notificatio fieri debet intra tēpus debitū, scilicet, intra decendium,

a
Appellatio in absentia iudicis facta & per quemcunque illi intra decendium intimata valet.

b
Appellatio in absentia facta in iudicio per partem vel procuratorem maius est, quam ea notificare per alium.

c
Appellatio in absentia facta in iudicio sicut faciēda est intra tēpus appellandi, vt appellatio valeat: ita est faciēda intra terminum in iudicio contentū vt censuræ reddat nullas.

dium, vt valeat. Ita etiam oportet fateri, huius suæ appellationis notitiam venire debuisse ad iudicem. M. notitiam intra tēpus illud, in quo appellare oportebat ad euitandas censuras. Cum ergo ad euitandas illas oportuit ante lapsum termini monitorij appellare, ita etiā probare oportet appellationis in absentia eius interpositæ notitiam ad eum intra idem tempus peruenisse: nec sufficere probare illius notitiam intra decendium ad eum peruenisse: Quare licet reperiatur appellatio intimata intra decendium, & ita valida esset cēsenda, quoad iurisdictionis deuolutionem, si legitima foret: non tamen suspendet censuras. Quia non reperitur intimata, & per cōsecutionem nec facta ante eas incurfas, sed postea, sicut d appellatio interposita a sententia excommunicationis deuoluit quidem iurisdictionem si est legitima, non tamen suspendit excommunicationem quæ post lapsum terminum, conditione iam adimpleta reperitur lata ante appellationem, per ea quæ leguntur & colliguntur in c. Præterea. 2. de appella. & in c. Ad reprimendam. de off. ordi. & in c. Cum contingat. de offi. deleg. & c. Is cui. §. fin. de sententia excommuni. lib. 6. Ex quibus perspicuum est multis nominibus hanc nullitatis causam censuris a iudice. M. latis nil nocere.

d
Appellatio ab excommunicatione lata si iusta est deuoluit quidē iurisdictionē: nō autē sententiā suscitā.

Septima causa.



Septima nullitatis causa est, quod is subexecutor nullā iurisdictionē habebat super M. neque habere potuit: etiam si partes iudicis assumere voluisset, & qualitates necessarias ad eas assumendas habuisset. e Quoniam delegatus in nullos alios habet iurisdictionem, quam in delegatorio rescripto expressos nominatim vel per clausulam generalem. c. P. & G. de offi. deleg. & cap. Sedes Apostolica. & c. Pastoralis. §. Quoniam. supra eod. At. M. non exprimitur nominatim in literis executorijs, neque in subexecutorijs, vt palā est eas inspiciēti, neque generatim per aliquam clausulam in eis contentam. Si enim per aliquam exprimeretur, maximè illa esset clausula: contradictores auctoritate Apostolica compescendo posita in literis executorijs, vel illa: non permittentes eum ab aliquo indebitè molestari, posita in literis subexecutorijs. At facillè monstrabimus per illas prædictum M. non comprehendi. Quoniam is nil aliud fecit neque facit, quam possessionem huius Cantoriæ per titulum verè canonicum vel certè ab eo pro tali non immerito habitum & (vt aiunt) coloratum apprehendere, & illā 20. & amplius diebus, sine vlla interruptione cōtinuare, cantando, missando, procedendo, capitulis interessendo, & nonnūquā vt Cantor illius præsidēdo, sine vlla vllius cōtradictione verbali

e
Delegatus iudex in nemine habet iurisdictionem, nisi in speciatim vel generatim rescripto nominatos.

vel reali, episcopo, clero, & populo omnibus consentientibus, & illi quæ illorum humanitas fuit, congratulantibus semper priuatim, ac publicè pollicitus, quod & nunc facit, cedere penitus & omnino gratuito huic Cantoriæ, quum primum competitor ostēderet pro se talia, quibus vir bonus, eruditus, & æquus moueri debeat ad credendum ius esse in ea competitori. ^f Imo & semper est pollicitus consentire, vt aliquam annuam pensionem constituat ei Papa, casu quo nil iuris habuerit, ad christianam inter ipsos ambos & amborum amicos charitatem nutriendam & conseruandam. Interim tamen dicit se nolle iuri suo neque possessioni, quam sic continuauit cedere sine causæ cognitione. Petit item, vt discernatur vtrum iudex competitoris, an suus debeat cognoscere de causa, cum vterq; se gerat pro subdelegato in illa. Allegat item possessionē suam multis de causis possessioni cōpetitoris præferendā. ^g Videamus ergo nunc, an is qui hæc facit, & dicit & petit, dicatur contradictor, prout illud verbum accipitur in illa clausula: contradictores &c. in rescriptis apponi solita, vel dicatur indebitè molestare. In hoc enim puncto est tota vis huius causæ nullitatis sita. Et quod is non debeat dici talis cōtradictor, probatur primò per gloss. ab omnibus laudatam & multis putatam singularem in c. Pro illorum. verbo, contradictores, de præben. quæ habet ^h per verbum, contradictor, in hac clausula poni consuetum illū tantum intelligi qui de facto solum contradicit, non autem de iure. Quæ similem videtur habere in l. Si seruum. §. Hæc verba. ff. de acquir. hæred. in verbo, abstinet. Cuius gloss. conclusionem possem confirmare multis alijs decisionibus similibus, quas anno proximè lapsò in commento illius. c. scripsimus, & quas scribunt Pan. in ca. Audita. de resti. spoli. & Anto. Corse. in sing. verbo. Molestia. Felin. & Decius in ca. In præsentia. de proba. colum. 1. Felin. in c. Causam quæ col. 1. r. & sequenti versic. Non obstante. de rescrip. And. Sic. in ca. Raynaldus. col. 123. de testa. & consil. 12. Scribitur. col. 7. & consil. 59. Clementissimi. col. 5. & seq. 1. vol. & consil. 38. Præclare. col. 5. in 2. vol. ac consil. 44. Illud afferam. col. 2. & consil. 56. A Ioue. col. 5. li. 3. & cōsi. 4. Illud. col. 10. & consil. 40. Clementissimum. col. 17. 4. vol. Quæ tamē, ne rem claram allegationum turba turbemus, omitto: sed adduco in specie aliqua, quæ tam conclusioni illius glossæ, quam toti huic nullitatis causæ opitulentur. Et primum verba ipsius Innoc. in illo c. Pro illorū. nu. 4. i. Credimus (inquit) quod executores per hanc clausulam: Contradictores &c. omnes contradictores possunt compescere, etiam quoscunque extraneos, dummodo de facto contradicant, nō de iure. Quia sententia lata in illos qui de iure contradicunt non tenet, cū nullam habeant in eos iurisdictionem. Hactenus Innoc. Quem sequitur

^f Pollicitatio christianissima competitori ab M. facta.

^g Clausula Contradictores &c. quos comprehendat.

^h Contradictor quoad clausulam Contradictores, &c. non dicitur qui iure contradicit: & ideo nō qui possessionem suā sine cognitione ac discussione causæ non vult relinquere.

ⁱ Executor nullā iurisdictionē habet in eum qui iure contradicit per illam clausulam, Contradictores &c. & ideo processus contra illū factus est nullus.

Pet.

Pet. num. 9. sed ^k latius Imolensis. nume. 14. Qui secutus Antonium declarat Card. quatenus ibi sensit non debere quidem executorem virtute illius clausulæ aliquem contradicentem iure excommunicare: attamen si quem nominatim excommunicaret, excommunicationem ipso iure valiturā esse. Ait enim Imolen. post Anto. hoc dictum intelligendum esse de executore qui excommunicauit nominatim aliquam partium in rescripto expressarum speciatim, vel per clausulam generalem, de qua in cap. Pastoralis. §. 1. supra eod. Nam si non comprehenditur per aliam quam istam: Cōtradictores &c. nullam esse ipso iure sententiam, si talis iure contradicat. Quia in talem non habet iurisdictionem. Et per consecutionem, sententia tunc lata ex defectu iurisdictionis non valet, argument. eorum quæ habentur supra de offic. deleg. cap. Significantibus. & de officio vica. c. Sua. & in l. fin. C. si à non competenti iudice. Hæc Imolen. Audi nunc Innocentium in cap. 1. de concess. præb. lib. 6. doctè ac vtiliter de more, nume. 5. in hæc verba loquentem. Per hunc autem modum prouidetur contra executores plurimum, quorum quilibet fulminat sententiam excommunicationis. Quia iustè ab eis appellari potest, nisi primo quisque probet de iure suo, vel coram ordinario, vel coram delegato executore, vel fortè non tenet sententia excommunicationis. Quia cum executor, de quo actum est, non habeat iurisdictionem super hunc possessorem, nisi indebitè contradicat, quia in ipsum nō habet expressam iurisdictionem, & ipse non indebitè contradicit nolendo dare possessionem sine cognitione. Ergo nec excommunicare potest eum. Hactenus Innocen. Quem ibi sequuntur Hosti. Archid. Ioan. And. Petrus. Domi. & Perus. Verba Dominici, cum quo alij conueniunt, hæc sunt: Vnde possessor nolendo sine causæ cognitione possessionem dimittere non indebitè contradicit. Et paulo post allegat Archidiaconum dicentem, quod executor primo debet intentionem suam fundare, nec in contradictorem etiam facti poenam inferre, antequam appareat ipsum contradictorem esse in culpa turbando suam potestatem de offic. deleg. c. 1. Contradictorem autem iuris punire non potest. Hactenus Domi. Neque grauabor iterum hic scribere verba Oldradi. consil. 81. Processus. nu. 7. quæ in 3. causa nullitatis ad aliud propositum retuli, ea sunt: Et ideo sententia excommunicationis etiam nominatim in possessorem lata non tenuit, cum executores non habuerint in eum potestatem, nisi indebitè contradiceret. Ipse autem nolens possessionem sine cognitione dimittere, non indebitè contradixit, vt Inno. Hosti. Ioan. Cal. & Arch. extra de concess. præbend. Quia in cunctis. lib. 6. Hæc Oldradus. ^m Pro his omnibus facit, quod nullus ^m possessor teneretur ius suum

^k Excommunicatio in contradictorem iuris ab executeore lata virtute clausule Contradictores &c. nulla ipso iure: quod paulo post iterū & iterum probatur.

^l Possessor nō tenetur relinquere possessionē ante suam ius discussum.

^m Ius suū in de sensu nullus possessor relinquere teneretur.

I 3 inde-

indefensum temerè relinquere. Verba sunt. l. Illud. vbi hoc gl. & Bart. annotarunt. ff. de peti. hæredi. quam ad hoc commendat ibidem bis. Bal. & menti figendam ait. Ang. inferens ex ea non dici possessorem temerarium, eo quod possessionem ante liquidationem nolit relinquere. Quod ipsum etiam dixit antea Albericus ibi, ex ea inferens eum qui iustam causam litigandi habet, non esse in impensis eodem nandum. Et nullus videtur dolo facere, qui iure suo vitur. l. Nullus. ff. de reg. iur. n. Nemini enim facit iniuriam, qui suo vitur iure, ca. Cū ecclesia. de electione. l. Iniuriarum. §. 1. ff. de iure iur. Cum igitur M. multis diebus hanc Cantoriam possederit, cum iustam habeat causam credendi eam nullatenus ad competitorem pertinere, cum multas exceptiones habeat tam aduersus possessionem pro illo apprehensam, quam aduersus ius eius, cum separatim præbeat ad discutendum illa siue in iudicio, siue extra illud, virorum doctorum arbitrio, quare te rogo, contradictor facto tantum non iure & indebitè molestant dicitur.

Hæc autem causa nullitatis non obest censuris pro M. latis. Quoniam licet in literis subexecutorijs sui iudicis non comprehendatur competitor & eius subexecutor nominatim, neque per clausulam illam generalem, quosdam alios, de qua in cap. Pastoralis. in §. Quoniam. & in ca. Sedes. supra eod. comprehenduntur tamen, quia factis contradicunt, & indebitè M. molestant. Quibus enim casibus extraiudicialiter iudex procedit, debens procedere iudicialiter & cum causæ cognitione, de facto & indebitè procedit, & de facto & indebitè partem molestat. Casus est memorabilis in c. Conquerente, de restitu. spoli. quod habet, eum qui per iudicem sine iuris ordine spoliatur, perinde posse de spolio agere, ac si per partem fuisset spoliatus. Quod ibi annotauit Pan. colum. 2. Et per illud cap. Affirmauit. Bartol. in l. Sequitur. §. Si fundum. ff. de vsuc. Vnde Pan. receptus ab alijs in c. Cum causa. de offi. deleg. in hæc verba colligit in 4. notab. P. Tene menti, quod factum iudicis non ritè procedentis æquiparatur facto priuati. Vnde sicut potest peti restitutio, & agi possessorio contra spoliationem factam per priuatum, ita etiam contra spoliationem factam auctoritate iudicis ritè non procedentium. Vnde posset iudici hoc casu de facto restituere sicut & priuato. Hæc Pan. Facit, quod gl. in c. Presentiu. 7. q. 1. multis putata sing. que habet spoliatum à iudice nō posse agere de spolio, limitatur procedere, quando iudex ordine iuris seruato id facit, secundum Pan. Fel. & Deciu. in d. c. Cū causa & Fel. in c. Dilectus. col. 1. qui alios citat de rescri. Facit, quod iudex incompetens qui etiam ordine iuris seruato aufert possessionem alicui, videtur ipsum spoliare, & perinde atq; pars ipsa spolians tenetur,

Iure suo vitur nemini est iniurius.

Iudex qui extraiudicialiter procedit, quocumque iudicialiter procedere debet, factum videtur partem molestante, & contra de spolio agi potest.

Iudicis non procedentis ritè restituere potest perinde ac parti.

Iudex incompetens spoliare videtur etiam si iuris ordine seruato possessionem tollat.

vt

vt clarè sentit in illo 4. notabili Pan. & clariùs post gl. postremam in c. Causam matrimonij. de offi. deleg. & clariùs Petrus ab Anchor. consil. 148. Ad prædicta. Cum igitur is subexecutor sine vilo iuris ordine extraiudicialiter tanquam merus executor conatus fuerit & conetur auferre possessionem M. antequam audiret eum, cum item vt per superiora patet, neque is sit, neque possit esse iudex competens, consequitur ipsum de facto contradicere ac indebitè molestare. M.

Et ne dicas hanc rationem concludere quidem contra subexecutorem, non autem contra competitorem, considera primo facientes & consentientes eadem pœna dignos esse c. 1. de offi. deleg. 2. q. 1. Notū. Considera secundò, quod subexecutor hoc facere conabatur & conatur ad instantiam competitoris, & ideo factum iudicis pro facto partis habetur. Vnde in specie & doctissimè Petrus ab Anchor. in consil. 249. Ad prædicta, determinauit spoliatum per iudicem incompetentem ad instantiam partis posse agere de spolio contra ipsam partem. Sed & Bartol. ab alijs receptus dicebat in l. Iustè possidet. ff. de acqui. posses. neque iudicem, neque illius præceptum iniustum excusare partem à violentia. Quod multis ibi confirmat Iaf. num. 28. & sequentibus. Facit, quod in illo consil. 248. dixit Petrus ab Anch. paria esse, petere à iudice incompetenti, vt mandet alicui possessori quod soluat, ac si vnus priuatus præcepisset procuratori meo in quem non habet ius impetrandi, quod non traderet mihi rem quam possidet nomine meo. Cum igitur competitor peteret à iudice incompetenti, vt sub grauibuspœnis iuberet capitulo Conimbriensi, ne M. in sua possessione admitteret, & sub eisdem ipsi M. vt ab ea exiret: sequitur eum facto contradixisse & indebitè molestasse, ac per consecutionem comprehendi sub clausula executoris indulti, contradictores & c. & sub clausula subexecutoris, non permittentes eum indebitè molestari.

Iudicis ob processum indebitum ad instantiam partis factum pars ipsa tenetur.

Iudicis incompetens auctoritas partem non excusat.

Iudice ad instantiam partis indebitè molestante, pars ipsa molestare videtur.

Octaua causa.



Octaua causa est, quod is subexecutor incepit ab executione. Dedit enim monitorium pœnale grauissimum contra capitulum, vt intra 15. horas traderet competitori possessionem, quam M. tenebat: & M. vt ab illa desisteret, sine vlla clausula iustificatiua & audiētiae permissiua. Et processus iudicis incipientis ab executione ipso iure nullus est l. 1. C. de executi. rei iudic. Vbi expressè Bartol. annotat præceptum de faciendo aliquo à iudice factum ante latam sententiam, sine clausula iustificatiua: si te fenseris grauatum & c. esse ipso

Iudicis incipientis ab executione sine clausula iustificatiua processus nullus est.

I 4 iure

iure nullū. Facit totus titulus. C. communia. vel epist. & maximè. l. iudex. Per quam Barto. ibi ait mandatum iudicis de mittendo aliquem in possessionem, non præcedente causæ cognitione, non valere. Et

x
Excommu-
nicatio mo-
nitorij exe-
cutorij sine
clausula iu-
stificatiua:
si te sense-
ris &c. fa-
cti nulla.

Bal. in l. i. C. quomodo & quando iudex, dixit * excommunicationem latam contra non parentem eiusmodi mandato esse nullam. Ante quos Inno. in cap. Proposuit. de concessio. præbendæ. colum. 2. & in cap. 1. eod. tit. lib. 6. colu. 1. & Oldr. consil. 81. nu. 7. quorum & Domi. verba in proxima nullitatis causa retulimus, id expressè dicunt. De- cius item consil. 124. nume. 3. secutus in hoc Bald. in l. 1. sub finem præalleg. Nam & Innocen. in cap. Tua. de cohabi. cleri. in fine. nu. 7. & nu. 8. clarè ait eiusmodi monitiones per clausulam audientia promissiuam non iustificatas contra eum qui excusationem habet, iniu- stas & nullas esse, neque vim citationis habere, & in cap. Cum venis- sent, de integ. resti. nu. 8. verba hæc scripsit: vel dic melius, talia man- data quæ non fiunt cum causæ cognitione, sed ex abrupto, nõ tenere vim sententiæ diffinitivæ vel interlocutoriæ, & idè non transire in rem iud. etiam si non appelletur, argu. C. communia & progran. l. 3. & pen. Quam cõclusionem tenuit y Ioannes Lupus vir doctissimus

y
Ioannes Lu-
pus à Pala-
tius Rubeis
laudatus.

& Hispaniæ rarum decus, in lib. de benefi. vacan. in Curia. §. fin. Pro- bus item in c. 2. de constit. lib. 6. colum. 4. & pro hac conclusione tex- tus est in l. Nec quidquam. §. Vbi decretum. ff. de offic. proconsul. se- cundum intellectum Iacobi communiter ibi receptum. Per quem & aliquot alia dixit ibi Iason col. 2. vt plurimum teneri præceptum exe- cutiuum factum sine causæ cognitione ac sine clausula iustificatiua esse ipso iure nullum, & posse sperni, nec eum qui non paret illi in pœ- nam vllam incidere præcepti. Denique facit ratio illa, quam nescio quare nemo prædictorum tetigit, scilicet, quod fundamentum totius iudicij est citatio. §. fin. instit. de pœna temere litig. c. 1. de caus. posse.

z
Citationem
iure facien-
dam esse &
ideo neque
à principe
toll.

& propriè. ^z Adeo, vt iure naturæ faciendæ sit, & idè neque à prin- cipe tolli posse. Cle. Pastoralis. §. Cæterum de re iud. Quod omnium præstantissimè probat Ioan. Mona. in extratrag. Rem non nouam. de dol. & contu. Et sine fundamento nihil consistere potest. c. Veniens. de cler. non baptiz. cap. Cum Paulus. i. q. 1. At qui ab executorio mã- dato sine clausula illa iustificatiua: si te senseris. grauatum. &c. inci- pit, sine citatione procedit. Ergo ipsius processus est nullus & omni- no inutilis.

a
Excommu-
nicatio sine
monitione
lata monito-
rio execu-
torio sine cau-
sa cognitio-
ne ac clau-
sula iustifi-
catiua lato,
est nulla.

Ex quibus infertur, quod supra in quinta nullitatis causa insinuavi- mus, scilicet, quod ^a licet excõmunicatio sine monitione lata regulari- ter valeat: fallit tamè id quãdo illa fertur in monitorio aliquo execu- torio sine causæ cognitione, ac sine clausula iustificatiua: si te sense- ris. &c. lato. Quoniam tunc sicut ipsum monitorium est ipso iure nul- lum,

lum, ita eius accessoria excommunicatio erit nulla, argum. l. Non du- bium. C. de leg. & regulæ Accessorium. lib. 6. cum alijs quæ supra in prima nullitatis causa citauimus.

Cum igitur is subexecutor ab executione inceperit, cum moni- torium pœnale grauissimum fecerit, cum nullam audientia permis- siuam promissiuamue clausulam illi adiecerit, cum denique nulla ci- tatio, quæ iure naturæ fieri præcipitur, præcesserit: consequitur tam illud, quam censuras omnes in eo contentas esse ipso iure nulla & omnino inutilia.

Hęc tamen nullitatis causa non potest contra censuras pro M. latas allegari. Quoniã licet iudex eius qui eas tulit à præcepto executorio incepisset, addidit tamè clausulam iustificatiuam per quam, vt supra in proxima causa nullitatis dicebam, resoluitur in vim simplicis ci- tationis. ^b Et quia recepta conclusio habet, posse iudicem incipere à præcepto executorio per illam clausulam temperato secundum illas tres glossas receptas, & alia quæ super eis omnes doctores allegant, & per ea quæ Bart. in d. l. i. C. de executio. rei iud. & Iason Ioannes Lu- pi & Probus vbi supra tradunt.

b
Executorio
à mandato
iustificato p
clausulam:
si te sense-
ris, &c. po-
test incipere
iudex.

Nona causa.



Ona causa nullitatis est, quod is executor clanculum processit, neque nocte, neque interdiu sui vllam copiã faciens ^c fugiens à ciuitate simul ac mandata dabat, ab- scondensque se in villa, ne quicquam coram se allega- retur: veluti apes infixo aculeo: non sine Sedis Apolto- licæ iniuria, & regiæ protectionis contemptu, ac presbyterij, quo se iactat insignitum, ignominiam grandem, idque, ò impudentiam in- tolerabilem, in tam celebri ciuitate & tam florenti Academia, clero populo, & scholasticis, quorum nobilissimus est in ea conuentus, cõ- scijs, idque tum ridentibus tum execrantibus. Qui executor hæc fa- cit, nonne peccat, nonne grauatur partem? Nonne item competitor & alij qui talia consulunt, & talia facientem iuuant & talibusque con- sentiunt idem faciunt? Equidem ita ipse arbitror. Quoniam primo hæc, id genus alia sunt in causa, quare laici ^d nonnunquam dicunt: Vbi est Deus clericorum? Magnæ. de vot. Secundò, quod per eiusmodi processus scandalum præbetur ^e contra cap. Nihil cum scandalo, de præscr. c. 2. de operis no. & contra illud: Væ illi per quem scandalum venit. Matth. 18. Tertiò quod coram ^f executore mero multa possunt allegari, quæ ipse tenetur audire iuxta ea quæ colligit Fel. in c. De cæ- tero. colu. 2. de re iudic. & in c. Pastoralis. §. Quia vero. de offi. deleg. & in c. fin. de præsumpt. à num. 22. in 29. Et is fugiens & se abscondens,

c
Executor is
veluti apes
infixo acu-
leo fugiebat

d
Clericis nõ-
nũquam di-
ci à laicis,
vbi est Deus
clericorum?

e
Scandalum
nemini dan-
dum.

f
Executor
merus mul-
ta debet au-
dire, & quid
de auditis
facere de-
beat paulo
postea.

neque vsquam sui copiam faciens facultatem allegandi ea parti contra iustitiam abstulit. At omnis iustitiæ actus, peccatum mortale est secundum Thom. receptum. 2. 2. q. 59. artic. 4. Quartò facit s quod sanctissimè iuxta ac doctissimè dixit hic de more. do. Anto. nu. 13. quem Imolen. ferè ad verbum sequitur. Verba Antonij hæc sunt: Licet à mero executore excludatur iurisdictio, quando non assumit partes iudicis: non tamen excluditur ab eo extraiudicialis informatio. Debet ergo à partibus se super illo dubio informare, & exceptiones subreptionem continentes admittere: & tunc aut ex informatione redditur certus pro literis, & debet exequi: aut redditur dubius, & tunc habet duplicem viam, vel quod superledeat, & intimet superiori vt cognoscat, vel quod iudicis partes in hoc assumat. Sed hodie habet practica pessima, quasi nullæ essent clausulæ: si est ita, si est dignus, procedunt velo leuato: & non audiunt aliquid à partibus, nec se informant cum partibus: sed velo leuato procedunt & partes grauant, & postea partes appellant: & sic opus est, quod causa in Curia ventiletur. Hæc Anton. Quod si ab eo quæras: quare talia non castigat Curia? Respōdet ilico vir pius h quia eis gaudet, vt impinguetur.

g Antonij memorabile de moribus detur ad verbum relatum.

h Curia Romana causam ad se aluendarum cupida.

Postremo facit & illud Ioan. 3. Qui male agit odit lucem, & habetur in c. Consuluit. de offi. deleg. Facit & c. Perniciosam. 18. q. 2. & l. ff. de ritu nup. & c. r. vt ecclesiasti. benefi.

Hæc tamen sola nullitatis causa, si nil aliud interuenisset, non arbitrator reddere acta & censuras huius subexecutoris ipso iure nullas, quamuis planè concludat, eum grauasse M. offendisse Deum illum quem manibus tractat, dignum esse qui castigaretur. Sed vtinam ipse meliore consilio se iuxta Apostolum iudicet, ne à Deo iudicetur. Concludit item appellationem, quæ propter hoc ab eo interponeretur, iustam esse: Cum ergo illa interposita fuerit ante lapsum termini monitorio inserti, vt postea dicā, consequens est ipsius censuras esse nullas.

Decima causa.

Decima causa illa est, quod is subexecutor post iustam & iustè interpositam recusationem processit. Quoniā omnia quæ oportuit in recusando eo fuerunt obseruata. Nam primo eum recusauit M. non verbo tatum, sed scriptis, eo nempe libello, in quo etiam appellauit. i Quod requiritur. l. Apertissimi. coniuncta gloss. in verb. libellū. C. de iudic. & gloss. in verb. recusationes, & Host. Pan. & omnes in c. Quoniam. de probat. Secundò recusauit eum causa recusandi expressa. Quoniam licet iure Cæsareo id non sit necessarium, sed sufficiat dicere

i Recusatio in scriptis & causa expressa non quali quali sed iusta, est faciēda iure Pontificio.

dicere iudicem esse recusanti suspectum secundum gl. in præalleg. l. Apertissimi. & in l. Quia poterat. ff. ad Trebell. & in l. Itē si suspectus. ff. de procur. in gl. 1. & gl. verbo corā. in c. Secundo requiris. de appell. dummodo iuret se calumniæ causa non recusare, secundum gl. receptam in illa. l. Apertissimi. vbi post alios hoc tradit Ias. n. 26. iure tamē Pontificio recusans tenetur causam recusandi exprimere. c. Inter monasterium. de re iudi. c. Cum speciali. & c. Secundo requiris. de appell. & vtrobique doct. Speculator de recusat. §. Qualiter vers. Proposita. in fi. c. Legitima. de appell. lib. 6. & ibi Io. And. & Domi. c. Ab arbitris. de off. deleg. li. 6. & ibi Io. And. & Dom. Tertio quod eum non ex qualiquali, scilicet iusta causa recusauit. Is enim subexecutor comitatus est competitorē veniētem Vlyssipone in hanc Conimbricam ad has furias censurarū Deo & angelis eius exofas, doctis que abominabiles suscitandas, venientem, in quā, & quidecim ferè diebus in itinere moratum. Comitatus tanquam sacrificus familiaris, illius impensis victitans, nunc eiusdem, nunc procuratorum mensæ accumbēdo. Conimbricē itē intra ipsius hospitē diuersatus fuit. Imo & intra illud partem suorum monitoriorū decreuit. Quin & cum actis Conimbricē factis in villam quandam hospitis sui se, vt in ea lateret, reciperet, victus: ei domo competitoris quotidie mittebatur, nullam vsquam sui copiam M. vel procuratoribus eius faciens, quo se defenderet, vt in præcedenti nulli. caus. est dictū. Quod autem hæc iustā recusandi causam præbeant, patet. k Nā in primis vna est sola recusandi causa immediata, quæ tamē vario de fonte nascitur, scilicet suspicio, quod nō rectè iudicabit iudex, secundum Spec. receptum in tit. de recusat. §. Causa. At quis nō dicat merito. M. suspicatum esse, quod eiusmodi iudex nō esset lances æquo libramine appensurus, vt verb. c. l. de re iudi. lib. 6. vtar? Secundò, quia is nimium videri debet familiaris & l. amicus cōpetitoris: quæ iusta est causa recusandi, per c. Ad hæc. de rescript. ibi: delegatos sibi propitios & c. cap. Cum. R. de off. deleg. Accusatores. 3. q. 5. ubi amor carnalis. & c. Tradit Ioan. And. Dom. & Perus. in d. c. Legitima. Amicitiam enim quantā esse in hoc oporteat, arbitrio iudicis relinquendū videtur, arg. l. ff. de iure delib. & c. De causis. de off. deleg. & eorum quæ post gl. Pan. & communis tradunt in c. Insinuāte. de off. deleg. & Alex. in cons. 154. Viso themate. col. 2. li. 5. Nā & arbitrio iudicis relinquitur quæ amicitia repellat testem, secundū Petr. in l. Eos C. de testib. Quem Bart. ibi refert, sequitur, & pulcherrimè defendit Salic. ab argumētis Bal. & à l. Sciendum. ff. de vsur. Tertio, quod m iudex & competitor eiusdem patriæ sunt nēpe Vlyssipponenses, & Conimbricæ ambo lōgè ab Vlyssipone tempore huius processus morabatur. Quod sufficit ad recusationē. Quia extra patriam cōterranei

k Recusandi causa immedia tū, nēpe suspicio, licet vario de fonte nascatur
l Amicitia nō nulli iustā recusandi causa, illa nēpe quæ iudex tale arbitratū, nam & nonnulli repellit, testē.
m Recusandi iustā causa patriam nō nisi & habitatio longinquā.

plus

plus solito se diligere solent, secundum Ioan. And. & Domi. in alleg. c. Legitima. & Spec. in tit. de deleg. §. Superest. vers. Item si de terra. & Pan. cum Felin. & communi c. Accedens. 2. vt lit. non contest. Præsertim in hoc casu, in quo ambo vt comites, imo quod peius est, vt herus & familiaris simul, vt dictum est, Vlyssippone Conimbricâ quindecim ferè diebus iter conficientes ad hoc ipsum negocium venerunt. Quartò facit, quod n̄ processus contra exterum fiebat & origine quidem alienigenam: quod etiam amici competitoris impudenter ei exprobrarunt. Quod ad recusationem sufficere, ait Anto. in d. cap. Accedens. 2. nu. 23. Quod verum esse in iudice delegato affirmat ibi Pan. nu. 4. dicens id probari per. c. Statutum. §. Cum autem. de rescrip. lib. 6. qui habet actorem, quando ipse & reus sunt diuersarum dioceseon, non posse impetrare iudicem in sua diocesi vel ciuitate. o

Recusandi cause iusta est alienigena, quando delegatus et altera pars sunt indigena.

Lusitania auctor origine quide alienigena, animo autè indigena totius regno gratus.

Quamquam responderi potest. M. quidem origine alienigenam esse, at animo, quo est in Lusitaniâ totam multis nominibus propensissimo, multo magis quam illi esse indigenam, & toti regno quæ Dei Opti. Max. benignitas est, vtiliorem, & quæ ipsius est felicitas, non solum regibus ac regis domui toti, sed etiam alijs summatis & omnium ordinum viris longè, quam illi gratiorem & chariorem. Quod ipsi ægre ferunt.

At replicari potest hanc causam & si non concludat, adiuuare tamè præcedentem, & eam ex se satis robustam robustiorè reddere. Quintò facit, quod iudex nimium alteri parti fauens recusari potest. cap. Accedens. 2. vt lite non contest. ibi. Anto. & Pan. Quod quâdo sit, iudex arbitretur, secundum Anto. & Imol. ibidem. At quis, te rogo, iudex eum qui latet & sui copiam nusquâ præstat alteri parti quo magis alteri faueat, non arbitretur eum nimium alteri fauere contra iura diuina & humana personam accipiendo? regula. In iudicijs. lib. 6. cap. Nouit. & iudi. Sextò facit, P. quod Steph. in lib. de recus. cal. 73. ait

Executores qui modum excedit recusari posse, sed alio sum damento quæ Stephani.

executorem qui modum excedit in exequendo, etiamsi esset datus de consensu partium posse recusari. c. Super quæstionum. §. 1. de offi. deleg. qui tamen text. mihi conclusionem illam non probat. Aliud enim est posse appellare ab executore, etiam consensu ambarum partium dato, si modum excedat, quod ille. §. probat, aliud eum posse recusare, quod Stephanus dicebat. Cuius tamen conclusio ratione alia fundatur, nempe q̄ quod qui me grauauit in vno, merito dici potest

Recusari posse in vna causa qui grauauit in alia.

suspectus in alio. Casus est in c. Ad hæc. 1. & c. Proposuit. de appellat. quæ habent, eum qui appellauit à iudice in vna causa, posse illum in alia recusari. Fundatur & per c. Conquerente. de rest. spol. quod habet, posse quem recusare iudicem qui extraiudicialiter grauauit, si postea iudicialiter procedere voluerit. Cū igitur is subexecutor extraiudicialiter

diçialiter procedendo vt merus executor, eo casu quo vt iudex procedere debebat, in primo ipso monitorio iudici. M. misso grauauerit eum, consequens est potuisse ab eo recusari postea, quando capitulo Conimbricensi ac ipsi M. præcepta fecit iuri non parum contraria. Septimò facit, quod is subexecutor non solum conuixit subexecutori, sed & eius impensis, & venit Vlyssippone, & mansit Conimbrice, & redijt Vlyssipponem, nil ab M. recepto, neq; petito, neque vero sui etiam videndi copia M. vel vlli eius procuratori facta. Et ita plus ab vna parte quam ab alia suscepit, contra c. Statutum. §. Insuper. versic. Prouisurus. de rescript. lib. 6.

Iudex qui plus ab vna parte quam altera pro impensis accipit, recusari potest.

Non obstat dicere, quod merus executor recusari non possit. ca. Nouit. de appell. & facit. ca. Super eo. 2. & c. 3. eo. titu. Quoniam illud verum est de executore illo, qui grauare non potest, nisi manifestè de grauamine appareat, eo quod ei merum factum committitur: non autem de illo qui grauare potest, & cui aliquid arbitrij vltra nudum factum mandatur secundum Perus. Præpos. & Dec. & communem in illo. c. Nouit. & Pan. in c. Super quæstionum. col. 1. & super glos. verb. executorem, de offic. deleg. Vnde & executor testamentarius recusat secundum Specul. tit. de instru. edit. §. Nunc vero aliqua. ver. Quid si executor est suspectus. nu. 53. Pro qua responsione casus est quem ibi magnopere commendat Anto. in illo. cap. Super quæstionum. §. Nos autem. n. 14. Vbi colligit executore purum sine vlla iurisdictione datum recusari posse: nisi de partium detur consensu. Et subiicit quendam canonistam in allegationibus contra illum casum scripsisse, qui tamen quieuit, cum Anto. ei illum. §. obiecisset. Cum ergo is subexecutor non esset de consensu. M. acceptus, cum pergeret facere talia in quibus magnopere M. grauare posset, cum excommunicandi potestatem sibi executionis meræ fines excedentem vsurparet, cū tot iustæ recusandi causæ adessent, nonne iure merito potuit recusari? Imo in me veritatis amor fallit castigari. Qui vtinam cordis contritione ac famæ aliorum quam læsit restitutione ita se se castiget: ne tanto grauius diuino iudicio puniatur, quanto minus illi, quos læsit, apud homines eum accusabunt.

Executor merus qui recusari potest & qui non.

Executor is non solum recusari sed castigari potuit cui contrito & famam restituendi venia desideratur.

Constat ergo ex prædictis, processum huius subexecutoris post iustam recusationem iustè interpositam esse factum. Cui consequens est omnino illum esse nullum: etiamsi ab eo non fuisset appellatum. Quoniam frequentior videtur sententia doctorum dicentium, processum post recusationem factum etiâ iure Canonico esse ipso iure nullum. Quo tenet gl. 1. c. Quoties. 2. q. 6. & c. Quod suspecti. 3. q. 5. & Hostien. in c. Cum speciali. de appell. Cum quo videtur transire Io. And. & Bartol. in l. Quia poterat. ff. ad Trebell. & Bald. in cap. Suspicionis. de

Recusatio est post proposuam factus processus nullus est secūda communi: si modo recusatio non est frivola manifeste nec multo se posita neque recu sans ampliorū iudice de compareat.

de off. deleg. n. 5. & Petr. cum Do. col. 3. in c. Iudex. de off. deleg. lib. 6. & Dom. in illo c. Quoties. 2. q. 6. & ibi Card. Al. n. 7. in princip. & Salicet. in l. Apertissimi. 7. notab. C. de iudic. ponderans in hoc ibi glo. in verb. executore, & Lopus alleg. 1. colum. 2. & Alexand. in d. l. Quia poterat. num. 8. Pan. item & Præpos. in hanc opinionem inclinant: dum modo recusatio non sit manifestè friuola, & recusans nō compareat amplius corā recusato. Hanc opinionem Pan. nos quoq; cum tertio & postremo illum titulum de appell. Salmanticæ interpretaremur, tenuimus cum alia limitatione, scilicet, quod non procedat quando probabilis esset coniectura malitiæ recusantis, arg. glo. c. Post electionem. de concess. præbend. Quam pridem ibi ponderabamus satis sentire illud singulare, quod ab omnibus ibi tribuitur Innocentio, scilicet, non esse admittendam exceptionem, quando est cōiectura quod malitiose proponitur, cum multis alijs quibus id ibi cōfirmamus. Pro qua opinione, ut mihi videtur communi maximè facit. cap. Iudex. de off. deleg. li. 6. verb. non potest, secundum Alex. & Card. Alex. vbi supra. Facit & quod iure Cæsareo id esse clarum ferè omnes fatètur. Facit & quod consuetudo huius regni illi videatur consentire iuxta constitutionem Regiam in §. E quando. tit. 22. li. 13. Ordinatio. Quāuis olim Tholosæ cum primo illum interpretati fuimus Anto. Card. Imol. & Dec. ibi subscripsimus, qui cum aliquot alijs contrarium tenent in d. cap. Cum speciali. quorum opinionem sequitur & ait communem ibi Perus. column. fina. Et verum quidem ait, si solos eos qui in illud capit. scribunt numeros: non tamen si alios omnes recenseas: Cum igitur M. post illam recusationem nunquam coram illo subexecutore ad litigandum comparuerit, cum recusatio neque manifestè friuola, neque malitiose proposita sit: constat post eam acta corruere, præsertim quod appellatio quoque adiecta fuit. Quo facto vna est omnium sententia, processum postea factum nullum esse.

Hæc autem nullitatis causa processui iudicis M. nil nocet. Quia siue competitori fuisset, siue non fuisset causa recusandi iusta: eum tamen non recusauit aliquatenus. Et iudex etiam recusabilis antequam recusetur validè procedit. c. Ad hæc. 1. de appell.

Vndecima causa.

Vndecima causa nullitatis illa est, quod is executor sciens se non habere iurisdictionem super M. in eū tulit prædictas censuras. * Quoniam cuiuslibet iudicis scientis se non habere iurisdictionem processus etiam cōtumaciæ punitiuis & censurarum ad puniendum latio sunt ipso

* Processus etiam contumacia punitiuis iudicis scientis vel debentis scire se non habere iurisdictionem, vel merito an habeat dabitatis nullus est. Quāuis non sit idem de processu iudicis scientis iurisdictionem suam elidibilem esse vel recusabilem.



ipso iure nulla: etiam si alicuius iurisdictionis color adsit, quāuis alias regulariter sit validus. Casus est multis putatus sing. in c. Si duobus. de appell. Vbi hoc Pan. receptus à posterioribus omnibus, tam in notabilibus, quam postea. nū. 14. commendat. Et facit. l. 2. ff. si quis in ius voc. non. ier. non in fine, ut ponderat Pan. sed in princip. ibi: ut hoc ipsum sciatur. Quo fit, ut licet verum sit id quod ait Stephanus Tholosanus doctor utique doctissimus in lib. de recus. cas. 83. scilicet eum de quo notum est iurisdictionem non habere, vel ipse scit illud, non posse iudicare, tamen ineptè id pro causa recusationis ponit. Secundò facit, quod Pan. ibidem utrobique tenet idem in iudice, qui habet quidem iurisdictionem, sed scit illam facile esse elidibilem. Cui tamen fundamento minimè nitor. Quoniam illam ampliationem, ne quid competitorem iuuans taceam, ter ibi reiecimus, secuti Peru. Præpos. & Dec. per eorum fundamenta: & quod alioqui processus cuiuslibet iudicis qui scit se recusari posse, nullus esset: etiam ante recusationem propositam. Quod contra omnes est.

Nec mihi prodesset dicere, aliud esse iudicem recusari posse, aliud iurisdictionem elidibilem habere. Quoniam primo quo ad propositum parum differunt: imo potentior videtur recusatio, quam exceptio. Quia ut in præcedenti causa dicebam, processus factus post recusationem probabiliter factam nullus est, etiam si non appelletur, secundum communem: cum tamen secundum eandem processus factus post exceptionem declinatoriam valeat, nisi appelletur, ut habetur in c. Super literis. supra eod. & per Innoc. in c. 1. de dilat. & Bartol. in l. 2. ff. si quis in ius voc. Secundò quod consequeretur processum cuiuslibet iudicis delegati qui sciret antea datum aliū de quo in suo rescripto nulla sit mentio, vel datum alium post eum in rescripto, quod de suo mentionem facit sufficientem, futurum nullum ante vllam exceptionem oppositam. Quod etiam est contra sententias receptas in c. Cæterum. & alibi, ut ibi tradit post alios Felin. nū. 17.

Quare tertio pro nostra causa facit, quod processus iudicis non solum scientis se non habere iurisdictionem, sed etiam dubitantis, an habeat, nec ne, est nullus & inutilis iuxta doctrinam Bartoli receptam in l. Nullum. ff. de condit. & demonst. Pro qua facit c. Sciscitatus. supra eo. & c. Prudentiam. in princip. de off. deleg. & l. Quæro. in fine. ff. de eo qui pro tuto. l. Hoc autem ff. ex quib. caus. in poss. eat. Tradit Præpos. post Bald. in c. Cum speciali. de appell. col. 13. Petr. ab Anchar. in cap. Sanè. 1. de off. delegat. Alex. in l. Si finita. §. Iulianus. ff. de damno infect. At is subexecutor sciebat se non habere iurisdictionem vllam in vllum, præsertim in M. qui nec in rescripto erat nominatus, neque facto contradicebat, ut in 2. caus. monstratum fuit. Præterea post libellum

libellum appellationis ab M. illi oblatum non potuit saltem non dubitare de illa. Ergo processus eius etiam si fuisset contumaciæ punitiuus, non valisset. ^y Quartò facit, quod paria sunt quem scire vel scire debere, quoad ea saltem quæ sibi nocent, per text. memorabilem vbi Bartol. & omnes posteriores hoc annotarunt in l. Quod te. ff. si cert. pet. sicut & etiam paria sunt scire & scire posse de facili, secundum Bald. per illum text. in l. Si duo. de acquirend. hæredi. Facit text. in l. Qui contra. vbi Bald. C. de incest. nupt. & in c. 2. cum gl. de temp. ordi. lib. 6. ^z Sicut & paria sunt habere, & habere debere, vt in notabili q. Bartol. dicit in l. pen. §. Cum ita. de aur. & argent. leg. Sicut & paria sunt habere & habere posse, vt in notabili quæst. tradit Angel. in l. Item veniunt. §. Petitam. de petit. hæredit. Vbi ait Bartol. ipso audiente hoc dixisse & ita iudicatum fuisse. ^a Quibus consequens est paria esse dubitare vel dubitare debere, argumento eorum quæ not. & leg. in l. Ventre. ff. de adqui. hæred. & ca. Illud. de cleri. excommuni. Cum igitur is subexecutor vel sciret vel deberet scire, aut certè dubitaret vel dubitare deberet, an vllam super M. iurisdictionem haberet: & non modo ad puniendam contumaciam non comparètis, sed in causa principali, iubendo M. vt possessionem relinqueret, clausis, quod aiunt, oculis (quos vtinam ei Deus aperiat) processerit: consequens est, eius processum & censuras esse inutiles & vanas.

Quintò facit, quod processus ignorantis omnino se non habere iurisdictionem, licet qua parte punitiuus est contumaciæ, valeat per illud. c. Si duobus. & alia multa ibi citata, per recetiores præsertim: qua tamen parte fit super principali, non valet cessante prorogatione saltem secundum Pan. ibidem. nu. 14. communiter receptum post Innoc. in c. 2. de dilat. & in reg. Scienti. lib. 6. Quem ab aliquot oppositionibus defendit. Dec. num. 12.

Hanc autem nullitatis causam contra censuras pro M. latas nõ habere locum ex eo primo constat, quod nulla prædictarum rationum tangit eius iudicem. Secundo, quod censuræ ipsius contumaciæ competitoris punitionem principaliter respiciunt, non causam principalem. Quoniam, vt supra in 6. causa est dictum in monitorio cum clausula iustificatiua decreto fuerunt latæ. Tertiò, quod licet sciret vel scire deberet suam iurisdictionem elidi posse, quod tamen profecto negamus, vel recusari posse, quod non determinamus: tamen donec exceptio opponeretur, vel appellaretur, vel recusatio probabilis proponeretur, procedere potuit, vt patet per ea quæ in 2.

fundamento pro competitore contra Pan.

& nos allegabamus.

Duodecima

Duodecima causa.



Vodecima causa est, quod is subexecutor sententiã qua M. suumque iudicem declarauit excommunicatos, in die ad honorem Dei feriato tulit, y parum eis honoris deferens: cum tamen iudici saltè viro summati, & genere illustri, & alijs nominibus merito ipsi suspiciendo deferre debuisset, qui ordinum insignibus exutus vnus de gente plebeia est: præsertim z cum antea ille competitor se plurimum inferiori nobiliter detulerit pro declaratoria sententia chartam (quam benignitatis appellant) mittens. Idque non absque M. consensu, cui vel hoc nomine aliquid debebatur charitatis & amoris. Sed quid hæc demiror? cum minus fuerit reueritus Virginem matrem, cuius expectatio sacerrimi partus eodie à Christianis præcipue Lusitanis omnibus magna lætitia colebatur. Imo vt magis eius interturbaret festiuitatem, eam manè abominabiliter vomuit vir deuotus & presbyter ad offendendum & scandalizandum paratior, quàm ad missandum. Cui tamen spem mentemque meliorem vtinam impetret illa misericordissima quam læsit Virgo mater. ^a At omnis processus die in honorem Dei feriato factus etiam ex vtriusque partis consensu, præterquam quod capitalem offensam inuoluit, ipso iure nullus est cap. fin. de ferijs: nisi necessitas vel pietas aliud suadeat. In casu autem nostro impietas ei hoc, non pietas suavit. Et necessitas non procedendi, sed abstinendi & supersedendi ei omnino inerat, vt per superiores omnes causas palam est.

Neque obstat, quod scioli quidam, vt audio, responderunt illi cap. fin. de ferijs non esse locum in causis beneficiarijs & alijs spiritualibus, moti fortassis per glo. in summa. 15. q. 4. quæ habet, in causis matrimonialibus & electionibus posse illis diebus procedi. Sed contrarium est verum, primo per Clem. Sæpe. de verb. signif. adiuncta. Cle. Dispendiosam. de iudic. In Clem. enim Dispendiosam. habetur, in causis matrimonialibus & beneficiarijs posse procedi summarie. Et in Clem. illa Sæpe. statuitur, posse procedi in diebus ob necessitates hominum feriatas, clarè innuens feriatas ad honorem Dei, nõ posse. Quæ inductio efficax est, præsupponendo saltem id quod omnes fatentur. Clem. Sæpe. locum esse in causis contentis in Clem. Dispendiosam. Secundo per gloss. memorabilem illius Clem. Sæpe. in princip. verb. necessitatis hominum. Quæ per illam Clem. clarè ita decidit. & illam gloss. sequuntur ibi Paulus, Card. Imol. & Georg. colum. 70. Tertiò facit, quod totius orbis Christiani consuetudo, quæ

^y Executoris huius in diuos irreuerentia, & in homines in ciuitas,

^z Ioannis Gomez. egregia ciuitas, qua M. grata fuit.

^a Feriato die in honorem Dei factus processus nullus est, etiam partibus consentientibus, etiam in causis beneficiarijs & spiritualibus regulariter.

K optima

optima legum interpres est, id habet.

b
Int electus
glo. Summa.
15. q. 4.

Neque obstat prædicta gloss. Summa. 15. q. 4. quoniam *b* primo reponderi potest, illam procedere in electionis causa, quando nondum est beneficio prouisum, in casu autem nostro iam erat prouisio facta. Et quamuis M. minus, quam par est Cantoriam hanc regere sciret: non sperabatur tamen longe melius per competitorem regenda, ut in prælectione. c. Si quando. exceptione. 9. & 10. deduximus copiosè. Secundò respondeo, quod illa gloss. limitanda est procedere in ferijs ob hominum necessitatem inductis, ut eam intelligit Spec. tit. de fer. §. 2. nu. 9. Cum igitur is subexecutor parum diuorum, atque hominū reuerens sententiam illam declaratoriam dietam feriato & neruis animi omnibus colendo tulerit, consequitur eam nullam esse.

Decima tertia causa.



Decima tertia causa est, quod competitor citatus à iudice M. prius excepit contra illum, allegando se habere aliud rescriptum, quam illud suo iudici præsentaret. Nam monitorium iudicis M. clausula iustificatiua & audientia permissiua temperatum fuit, & ideo vim citationis habebat, secundum ea quæ latè in causa. 5. prædiximus. Et competitor per illud monitus respondit non esse iudicem cum qui citabat, imò se habere alium delegatum. Quo tempore nõdum suo iudici suum præsentauit rescriptum. *c* At communis conclusio est, quod secundum rescriptum etiam de priori nõ faciens mentionem præualet illi, quando tria concurrunt, scilicet prior præsentatio, prior citatio, & prior citati exceptio quam fiat præsentatio prioris rescripti per cap. Ut debitus honor. de appel. secundum communem intelligendi modum, quem sequuntur ibi Pan. Imol. Perus. Præpos. & Dec. quem etiam probant Pan. Imol. Felin. Deci. & Ripa. in. c. 1. supra eo.

c
Rescriptum
secundum
præfertur
priori, si pri
præferetur,
& prius pa
reat citatio
ni & prius
citatus ex
cipiat cõtra
illud quam
suum rescri
ptum iudici
præsentet:
etiam si se
cundum sit
generale.

d
Rescriptum
etiam ipso
iure reuoca
tum non nõ
quam reui
uiscere le
gis autori
tate id ope
rante.

e
Penitus, hoc
verbum pri
uatione ipso
iure induce
re, sicut, &
nullatenus.

Et ne dicas, illam conclusionem procedere quando vtrumque rescriptum est speciale: considera quod conclusio procedit etiam quãdo rescriptum primo præsentatum erat generale, licet secundo præsentatum esset speciale per gloss. receptam communiter, ut Imol. ibi testatur multisque putatam sing. in. c. Pastoralis. §. Quoniam. verbo eneruatur, supra eo. Ex qua inferabam *d* primò aliud sublimius hodiè cum illa prælectione primaria interpretarer, nempe per huiusmodi præsentatione priorè subsecutis alijs duobus superscriptis, etiã rescriptum ipso iure reuocatum & extinctum reuiuere. Siquidè rescriptum generale reuocatur ipso iure per speciale posterius. *d* Quod probat ille. §. in verb. penitus eneruatur, adiuncta gloss. in. l. Si qui aduocatorum verb.

verb. penitus arceantur. C. de postul. Quæ putatur sin. Ant. Corfer. in sing. verb. Penitus. quæque similem habet in. c. Romana. in gloss. antepen. de senten. excom. lib. 6. & est alia tertia in. c. 1. in gloss. fin. de postul. præ. lib. 6. quam in hoc ponderauit Domi. in illo. c. Romana. iub. finem. *e* Et facit glo. putata sing. in Aut. Si qua mulier. C. ad Vel. leian. quæ de verb. nullatenus, agit, & alia etiam putata sing. in Cl. 1. verb. nullatenus. de sequestra. poss. & fructu. Facit & alia putata sing. in Cle. Ut hi qui. verb. nullo modo. de æt. & qualit. Attamen, ut dixi, cõmunis habet, etiam illud reuiuiscere per præsentationem priorem consecutis alijs, de quibus in illo. c. Ut debitus.

e
Nullatenus
verbum ipso
iure dispo
nere sicut
& penitus.

f
Rescriptum
subrepti
tium esse ip
so iure nul
lum qui te
ner, tam fa
cile respon
deat cõmu
ni cõtraria,

f
sicut qui te
ner genera
le aliquãdo
speciali præ
ferri cum
communis
respondere
potest cõtra
rijs argu
mentis.

Ex quo rursus *e* inferabam, æque ferè difficile esse hoc defendere, ac illud And. Sicul. & Compostell. in. c. Cæterum. de rescript. scilicet rescriptum subreptitium ipso quidem iure nullum esse: attamen per negligentiam, aut dolum alterius iuxta. c. Si autem. & c. Plerumque supra eod. reuiuiscere. Ex quo tertio inferabam *f* dignum esse quod memoria teneatur illud Imol. in. c. 3. de his quæ fiunt à prælat. sine cons. cap. col. pen. & sensit etiam quarto, nèpe quod ab initio est nullum, aliquando reuiuiscere: non quidem tractu temporis, non item solo priuati hominis facto, sed principe id per suam legem in euentum aliquem viuificante, vel suscitante, iuxta. c. Si qua de rebus. 12. q. 2. Quandoquidem princeps præsertim ecclesie vniuersæ, in his quæ iuris sunt de nihilo aliquid efficere potest, & quod extinctum est suscitare. l. 1. C. de rei vxor. acti. c. Tanta, qui fil. sunt legit. c. Quamuis. hoc tit. lib. 6. c. Si beneficia. de præb. eo. lib. gloss. in. c. Cum. ad monasterium. de stat. monacho. cum sexcentis alijs quæ de ipsius potestate Fel. & Dec. in. c. 1. de constit. citarunt. Per quæ vides, eruditè cõfutari responsiones aliquot quæ pro competitore poterant argumẽto dari. Quamuis etiam responderi posset, per g illa verba, penitus eneruari, non induci reuocatione generalium ipso iure propter alia iura quæ aliud declarant: quod sentire voluit Fel. ibi. col. 1.

f
Nulla quod
à principio
est vel po
tèst penitus
extingui
tur, non nõ
quam viuifi
catur, aut
suscitatur
legis autori
tate in ali
quem euen
tum.

Ex quibus quarto infero, quod quamuis rescriptum competitoris prius impetratum & specialius esset, quam rescriptum M. & quãuis in rescripto M. nulla de competitoris mentio haberetur: cum tamè illud prius iudici fuerit præsentatum, & prius ille citarit, & competitor prius contra illud excepit, quam suum iudici suo præsentaret, consequens est suum iudicem virtute illius procedere non posse.

g
Penitus ver
bum & nul
latenus, non
disponit ip
so iure: quã
do aliud per
alia iura ap
paret.

Sed neque negare potest rescriptum M. prius fuisse præsentatum, tum quia ex actis vtriusque id apparebit, tum quia is: cui præsentatum fuit non habebat qualitates. c. Statut. hoc tit. lib. 6. & ita non poterat esse iudex delegatus Sedis Apostol. per latissimè adducta in secud. caus. Et ideo par fuit illi & nulli præsentasse. *h* Paria enim sunt

h
Nihil & inu
tile aquari,
quando sal
tem eadem
rõ id suadet

nihil & inutile: quando saltem eadem est ratio, vt in proposito. c. 2. de translat. prælat. col. 3. & l. 1. §. pen. ff. quod cuiusque vniuers. no. & gloss. memorab. vbi plurima suo more congerit Feli. in. c. Ex tenore. sup. eo. & Ias. in. l. Quoties. ff. qui satisd. cog. & l. Si dari. ff. de verb. oblig.

Hanc autem causam nihil officere censuris pro. M. latis, ipsamet palam facit.

Decima quarta causa.



Decima quarta est, quæ sola satis superque sufficit quo censuræ prædictæ inutiles sint omnino & inanes, scilicet quod excommunicatio & aliæ censuræ post appellationem latæ sunt ipso iure nullæ. c. Cum contingat. de offi. deleg. c. Ad præsentia. de appell. c. Per tuas. de sententia excommuni. c. Solet. eo. tit. lib. 6. Et has censuras is subexecutor tulit post duas appellationes legitimas legitime interpositas. Nam primò illæ fuerunt in scriptis factæ, iuxta id quod requirit in appellatione à grauamine vel ab interlocutoria capitulum. l. de appell. lib. 6. Secundo causa probabilis fuit in eis expressa, iuxta id quod in appellatione ab interlocutoria requirit. c. Ut debitus. de appell. Et non tantum vna fuit expressa, sed multæ; nam prior bonam partem omnium causarum prædictarum continet: posterior quintam quæ illi deerat, & omnes prioris, saltem per relationem ad illam. Quod sufficit: quoniam licet expressio causæ per relationem ad acta generatim non sufficiat in appellatione ab interlocutoria, secundum Cardi. in Cle. Appellanti. q. 4. de appellat. & Rotam decis. 7. Si appelletur. in nouis. & in decis. 470. in antiq. Per relationem tamen ad certam partem actorum facta sufficit. Quod Bald. communiter receptus singulariter ait in l. Minoribus. C. de his quib. vt indig. col. 2. Quem sequitur Perus. in. ca. Consuluit. 2. de appell. num. 1.

Neque obstat quod Dec. ibi. col. 1. contrarium tenuerit. Nam primo ad eius argumenta responderi facile potest, argumento. l. Certum. ff. si cer. pet. & l. Nominatim. ff. de lib. & posth. & cap. Constitutionem. adiuncta gloss. verb. Nominatim, de sententia excommuni. lib. 6. Sed non est necesse quoad casum nostrum. Quoniam primo. M. in appellatione posteriore non se retulit ad acta, neque ad certam actorum partem, vnde grauamen erat colligendum: sed ad suam appellationis prioris libellum, vbi nominatim grauamina exprimebantur. Quod neque Dec. negasset sufficere: quia id fuit appellatione appellationi cumulare. Nec refert in qua illarum causæ expriman-

tur,

tur, neque oportet omnes esse veras & legitimas: sed sufficit vna, secundum illam decis. 7. Tertio appellatio fuit intra terminum opposita. K Quoniam terminus notificationis alicuius monitorij non currit, donec copia illius detur authentica si petatur, vt per. M. fuit petita. l. quod quilibet prudens facere debet, dum ei quidquam tale intimatur secundum glossam. in illo verbo, petita. Sicut & prudentis est, cum aliquam scripturam alicui est notificaturus, portare secum copiam, quam ilico petenti tradat. Quod quia competitor vel procurator ipsius non præuiderat, parum hac parte suam causam prouexit. Cl. Causam de electio. adiuncta gloss. in verb. consimiliter. & verbo petita. & vt ex actis patet, prior appellatio ante copiam traditionem facta fuit, & posterior ante tres horas post illius traditionem.

Non obstat dicere, quod non fuit coram iudice appellatum. Nam primo licet coram iudice appellandum sit, vt supra dicebam in. 6. causa; id tamen fallit quando copia illius haberi nequit. l. 1. §. Dies. ff. quando appell. sit & cap. Biduum. §. 1. 2. q. 6. & tradit Egid. in decis. 381. in hæc verba: Si post sententiam iudex se absente à loco iudicij, sufficit appellare coram persona authentica, nec tenetur alibi iudicem querere ad appellationem intimandam & apostolos petendos. ff. quand. appell. sit. l. 1. §. Dies. Sed sufficit adire iudicem ad quem. Idem ait Rot. in nouis decis. 366. Si appelletur. Quæ addit, sufficere coram notario causæ appellare, quando iudex abest, adeo vt non oporteat eum adire absentem, etiam si possit & sciat vbi sit intra decendum ad appellandum, neque ad petendum apostolos intra. 30. iuxta. cap. Ab eo. de appell. lib. 6. Cassador item in decis. 8. titul. de appell. testatur anno 1519. fuisse in prætorio Rotæ iudicatum nil nocuisse cuidam qui appellauerat biduo ante cursum decendij coram honesta persona quæsito iudice à quo & non inuento, nec curauerat postea redire ad ipsum pro apostolis, nec probare quod fuisset in momento impeditus. Quod est singularissimum & quotidianum. Quod & vir doctus à num. 6. in finem vsque diligenter & eruditè confirmat contraria confutando. Quod ipsum etiam repetit in decis. 3. eiusdem titul. Cum igitur is subexecutor diligentissimè quæsitus fuisset cum lateret ipse, cum nusquam sui copiam faceret, cum non solum coram notario causæ & in domo in qua ille diuersatus fuit, sed etiam coram vicario Episcopi. M. appellauerit, protestatus se illum inuenire non posse, vt acta testantur: consequens est, coram quibus oportebat appellatum fuisse.

Non obstat primò, quod à mero executore non appellatur. c. Quod ad consultationem. de re iudic. cap. Nouit. de appell. l. Ab executore.

K 3

C.

Appellatio ab interlocutoria in scriptis, & cum sit spætim inserta facienda est, nec sufficit per relationem ad acta: quamuis sic per relationem ad certam actorum partem, præsertim ad aliam appellationem.

K
Terminus intimationis alicui scriptura non currit, donec copia illius authenticæ tradatur, si fuerit petita.
Notificatus alicui scripturam aliquam, de ferat secum illius copiam quam ilico tradat ei, si (quod prudentis est facere) illam petat.
Appellari potest in iudicis absentia quando ille sui copiam non facit: neque oportet eum amplius querere, etiam ad petendum apostolos.

⁷ ratione incurfionis pœnæ ab homine inflictæ, à qua ipfa poffet appellari:quam in declaratione incurfionis pœnæ legis, à qua ipfa non poffet appellari. per. d. l. Si qua pœna. ff. de verb. signif.

⁸ Quartò facit, quod licet appellatio interpofita ab excõmunicatio-
ne non fupendit denũciationẽ futurã, fed appellatio à declaratio-
ne incurfio-
nis fic. ne non fupendit denũciationẽ futurã, fed appellatio à declaratio-
ne incurfio-
nis fic.

ne faciendã, fecũdum Lap. Car. Feli. Dec. & Peruf. in locis præcitatis.

⁵ Quintò facit conclusio illa longè pulcherrima, quam nemo recẽ-
tiorum animaduertit, quam tamen Card. in illa q. 1. 1. per verbũ, for-
te, & Bonif. in ead. Cle. & eo. §. Si quis. de fequeftr. poffeff. pof. Lap. af-
feuerat, nepe maioris virtutis effe appellationem à declaratoria, quo
ad vitandam euitationem eius qui declaratus effe excommunicatus,
quam appellationem præcedẽtem excommunicationem. Quoniam
hæc folum efficit, vt non debeat vitari in extraiudicialibus: appella-
tio vero à declaratione interpofita efficit, vt non vitetur appellans
etiam in iudicialibus. Rationem diuerfitatis ponit ibi Bonifac. con-
cludentem, quam hic breuitatis caufa non explico, fed etiam atque
etiam confulo caufidicis, vt ab huiufmodi declarationibus appellẽt,
fi tamen iniquæ funt: aut nullæ: quamuis antea quoque appellarint,
propter hunc quem pauci aduerterunt effectum longè pulcherri-
mum & quotidianum.

⁶ Fateor autem, quod hæc caufa non concludit quidem excommu-
nicationem in. M. ab hoc subexecutore latam effe nullam: concludit
tamen illam non fuffe populo denunciandam, neque per cõfecutio-
nem. M. vitandum. Concludit item reaggrauationem fimul & inter-
dictum ecclefiafticum pof. illam latam effe inutilia. Quod propofi-
to. M. in præfentia fufficit. Quoniam folum contenditur an vitari de-
beat. M. & an interdictum hoc, cui certè aqua & igni interdicedum
erat, feruandum fit.

⁷ Hæc autem caufa non potef. contra cenfuras pro. M. latas allega-
ri: quandoquidem nulla huiufmodi appellatio à declaratione facta
per iudicem. M. interpofita fuit à competitore.

Decima fexta caufa.

¹¹ Executor is
Deo, regi,
Ioanni Go-
mez. et. M.
iniurius cũ
omnibus qui
ei fauerũt.



Decima fexta caufa effe, quod is subexecutor non fo-
lum iniurius fuit Deo, cuius oues pascuæ omnes fu-
mus, & Sed. Apof. tolicæ, cuius perfonam induit qua-
fi leonta hypercrocoton, fiue leonis exuuium fuper
veftem muliebrem & d. Io. Gomez & M. quorum
omnium offenfionem vir pius & modestus parui fa-
cit,

cit, fed etiam x Regi nof. tro & domino Ioãni huius nominis III. ne-
mini pietate fecũdo, quem timore faltem feruili reuereri debebat, ir-
reuerens fuit. Nam ad eius maieftatem pertinet in fuis regnis, vt po-
ftea dicam, defendere poffeffores, etiam rerũ fpiritualium, etiam cle-
ricos, ne à quoquam moleftentur, & fpoliatos dignos qui reftituan-
tur reftituere. Et ipfe quæ fua fuit iufta benignitas, non in vna tantũ
Regia eademque decretali epiftola, fed tribus manu regia fubfcrip-
tis: nec vni tantum, fed multis nempe epifcõpo, capitulo, & correcto-
ri miffis, iuffit ne à quoquam. M. in ea poffeffione moleftaretur. At
is subexecutor regiam protectionem adeo parui fecit, adeo contẽ-
pfit, vt contra ius fafque fexcentis modis. M. vexarit, docueritque ip-
fum altius y quis proprie fit iudex, quem Hispanus fermo de man-
ga appellat, quam omnes libri quorum non minimam habet copiã,
& quam totius vitæ ftudium cum prælectione. 24. annorum iuris Põ-
tificij in varijs Academijs ab eo continuo habita. In qua re paulo mi-
nus arbitrandum effe competitorem, vel quia is parũ has technas ca-
pit, procuratores, confultores, & fautores eius peccaffe. Quãdoquidẽ
facientes & cõfentiẽtes pari pœna dignos effe putauit Apof. tolus ad
Ro. 1. & eum fecutus Ro. Pontif. in. c. Notũ. 2. q. 1. & c. 1. de off. deleg.

² E quorum numero contra rumorem vulgatum eximo z D. Geor-
giũ ab Almeyda reuerẽdiffimũ in Chrifto præfulẽ Conimbricẽfem,
& virũ tum profapia, tum comitatu admodum illuftrẽ, qui bene-
uolentia egregia me aduenam & peregrinum femper ab eo die quo
hanc Conimbricam iuffu Regio fum ingreffus effe profecutus,
eam verbis & plurimis beneficijs in hunc vfque diem nunquam nõ
teftans, quem in figni amore, ftudio, & pietate non abs re colo. Pro
miraculo enim mihi fuit inueniffe in ætatis nræ ac regni huius thea-
tro perfonã, quã fummus ille choragus tãto nobilitatis, potẽtiæ, & li-
cẽtiæ ornamento cũ tãta virtute animi cõiuncto adeo veftierit intrin-
fecus, vt tã diutino tẽpore, fexaginta nepe annorũ quibus hanc epif-
copen & comitatũ opimos præfens regit, nõ permiferit vlllo fædari
nauo eius animi egregiam caftitatẽ omni fmaragdo nitẽtiorẽ, qua
veluti emblemate cæteræ illius virtutes nitent. Cuius itẽ animi beni-
gnitati fic fauit, vt ea cum ineunte ætate orta cum fenectute deficiẽ-
te in pauperes Chrif. ti adeo creuerit, vt frequenter quod magno ani-
mo illis donat, nõ minore ab alijs mutuo accipiat. Quam itẽ tãta affa-
bilitate auxit, vt omnes omnibus horis adeo excipiat humaniter, vt
nullam fenectus morofitatem fpiet. Quam denique tanta in fum-
mos Chrif. ti vicarios, tum facros, tum profanos illuftrauit obseruan-
tia, quæ ipfius vnus peculiaris laus effe & rariffimum exemplum,
vt neque dicere eum neque audire permittat quidquam, quo d. sum-
mam

⁸ Rex Ioãnes
tertius nemi-
ni pietate fe-
cidus iufta
benignitate.
M. fauit.

⁷ Iudex quis,
quem fermo
Hispania ap-
pellat, de m.ã
84.

² Georgius ab
Almeyda e-
pifcõpus Co-
nimbricenfis
laudatur.

mam illorum maiestatem vel tantillum offendat. Cui qui assunt, utinam omnes non quæ sua sunt, sed quæ Christi quærentes ingenium ipsius in optima & iusta suapte natura proclive ac facile proclivius indies efficiant & facilius, magnaque libertate animi, & charitate, parique prudentia vitum sanctum sancta, hoc est de diuinarum & humanarum legum puris fontibus hausta moneant: eoque vigilantiore cura in corrigendis, si qua patent episcopatus sui erratis adsint, quo ipse iam senio languens & intra domus suæ tecta contentus minus ea cernere potest & censere: ut optimam, quod percipio & spero, villicationis suæ tam longi temporis rationem post multo longius reddat Christo Iesu domino Deo nostro. Amen.

Executor per meram executionem contra profectionem regiam pro ceteris ante habitam de causa cognitione grauat, licet ob hoc solum quas ferret censuras, non essent nullæ. Ioan. Gomez regiæ celsitudinis denotus.

Fateor autem hanc causam solam non sufficere quo censura prædictæ essent nullæ, sufficere tamen ut grauasse conuincatur, qui per meras executiones & artem Pelasgam nihil non fecit ad. M. de possessione sua sine vlla causâ cognitione deturbandum, dedisseque iustam appellandi causam. Et ideo appellationem subsecutam & ante purificatam excommunicationem interpositam effecisse, ut illa cum omnibus suis appendicibus esset omnino inutilis & vana. c. Per tuas de sent. excommuni. c. Cum contingat. de off. deleg. cum similibus.

Hanc autem causam censuris pro. M. latis nihil obesse vides qui animaduertis iudicem. M. quo & animo & sanguine nobilior est Regique propinquior, eo ipsius Celsitudinem pietius colere, & ipsius decreta veluti sacrosancta deuotius suspicere.

Remedia contra Censuras prædictas & alias ab executoribus huiusmodi minus iustè latis.

Per prædictas sedecim causas satis superque ostendimus censuras pro cõpetitore latis iniustas esse ac nullas: censuras autem pro M. decretas iustas esse ac validas: quæ prior pars nostræ propositionis fuit. Per easdem colligamus nunc multa remedia corollaria veluti quædam prædictorum, quibus effectus illarum pro cõpetitore latorum, tum regia autoritate, tum ordinaria, tum delegata impediri valeat & tolli: quæ posterior pars nostræ propositionis fuit.

Primum remedium.



Primum quidem remedium quod ex prædictis inferitur, Regiæ innititur autoritati b idque iam in alijs Hispaniæ ac Galliæ regnis ordinarium est, nempe quod. M. petat à Rege pietissimo, ac Do. nostro, ne vis vlla fiat ei à quoquam post & contra appellationem ad Sed. Apostol. interpositâ, & per consecutionem

Reges Hispaniæ obuiant iudicibus ecclesiasticis ne post & contra appellationes ad Sed. Ap. interpositas vim vllam faciunt appellanti-bus. Imò cogunt eos reponere omnia in eum statum quæ tempore appellationis res habebat

nem iubeat huic executori, ut alterum è duobus faciat, videlicet ut deferat appellationi. M. à se factæ, reponatque omnia cõtra illam nouata in eum statum, in quo erant tempore quo ea facta fuit. Aut si putat se non grauasse. M. neque illi vllam vim intulisse, ac inferre, imo ipsum. M. iniustè appellasse, ideoque appellationi eius non esse deferendum, faciat mitti quem fecit processum originarium ad suâ Celsitudinem, ut videat an res ita se habeat ac executor ait, an ut. M. contendit. Et si rem ita habere inuenerit ut executor & competitor aiunt, permittat censuras manere ac inuiolatas obseruari. Si autem inuenerit rem. ut. M. contendit habere, iubeat executori, ut ab inferenda vi quam infert, cesset, deferatque appellationi, ac per consecutionem omnia in eum statum reducat, in quo erant quo tempore illa facta fuit.

Regem Portugallia pos se idem quæ alij Reges Hispaniæ in tollendis oppressionibus appellanti-bus. d. Pars suorum vniuerso congruat. d. Lusitania tota in propaganda multo sanguine fide Catholica.

Pro hoc remedio facit, primo quod cætera omnia Hispaniæ & Fraciæ regna illo vtuntur. Et Fracia quidem de qua testatur Stephanus Aufreterius in addit. repetit. Cle. 1. de off. ord. reg. 2. fal. 30. Alias est libellus à repetit. separatus. de potest. sec. sup. eccles. & perf. & c. iam dudum & à multis annis. Castella vero ac Nauarra de quibus cotidiana testatur obseruantia à paucis annis. In quibus Cancellariæ parte petente semper addunt, ut iudex excommunicationes post appellationem latis ad aliquot dies qui sufficiant missioni & examinationi processus per proceres faciendæ tollat ad reincidentiam, & si quod tulit interdictum suspendat. Cum ergo pars suo vniuerso consonare debeat. c. Quæ contra. 8. dist. & Lusitania pars sit Hispaniæ nobilissima, decet eam in hoc ipsi conformari.

Secundo facit, quod eadem, imo maior ratio & æquitas vindicat sibi locum in hoc regno, quam in illis. Quia tantum, imo plus remotum est à Curia Romana quam illa, & longinquitas in causa solet esse eiusmodi remedijs. arg. c. Cum longe. 63. dist. & c. Nihil. de elect. 1. Mediterraneæ. C. de anno. & tribu. lib. 10. Nec Lusitania, quæ tota est semper in propaganda multo sanguine fide Catholica, minus dedita est hodie cultui diuino, quam illa.

Reges ande vi & possessione beneficiorum præsertim & aliorum spiritualium contra clerici cog-noscere possunt, re contrariis san-esse iure cõmuni: in Lusitania tamen pro cõpetito haberi, siue id iuris communi, siue speciali natura.

Tertio facit, quod licet res inter autores controuertatur, an semotis regum & regnorum priuilegijs vel consuetudinibus, quæ vel priuilegia præsumptiuè præbent, vel eorum vim saltem ex tacita Papæ approbatione habent, possunt reges cognoscere cõtra clericos de vi ac possessione præsertim beneficiorum & aliorum spiritualium, ut videre est apud Guidonem. q. 1. & decis. 85. & 552. cõf. 65. & cõf. 149. & Guillel. in c. Raynutius. verb. & uxorem nomine Adelfasia, fol. 82. & alijs multis. & Roger in rubri. de caus. posse. foliol. antepen. col. 4. & alijs multis. & Roger in rubri. de caus. posse. foliol. antepen. coniunctis quæ habentur in c. Placuit. & c. Inolita. 11. q. 1. & cap. 2. &

Qualiter

Qualiter & quando.de iudic. tam per antiquos,quàm per recentiores, & in decis.840. in antiq. Tamen Lusitanis pro comperto & indubitato habetur non solum eorum Regem & Curiam illius supremam, sed etiam alios inferiores iudices laicos cognoscere posse de omni vi noua contra clericos: modo intra vnum annum & diem conquestio de illa proponatur, iuxta ordinationem Regiam lib.2. tit. 1. §. Epodera. qui declarat hoc procedere, etiamsi vis fiat in re mobili. f. At iudex is & competitor vim fecerunt & faciunt magnam,

f. Appellati legitime vim faciunt iudex qui cum excommunicat. denunciat.

tam. M. quàm eius iudici excommunicando eos post appellationem legitimam & alias sexcetas nullitatis causas, quarum bonam partem supra iure optimo fundauimus. Denunciando item eos excommunicatos per ecclesiarum valuas, per ciuitatis plateas & quadriua, obscuro rando famam & auferendo honorem, tam iudicis viri multis nominibus clarissimi, quàm. M. aliquo saltem non cum postremis obscuri. Tollendo item eis comunionem legitimam & eius quasi possessionem. Poterit ergo Rex de hac vi cognoscere, & eos cogere ad restituendum honorem & famam & comunionem, ac illius quasi possessionem, quæ ipsis abstulerunt iniuste & auferunt. Nam § quauis

g. Excommunicans appellatantem legitime, nullam, aut paruum vim infert: at denunciatus, grauem.

dici posset eum, qui solum excommunicat appellatantem, non facere hodie vim, nisi forte qua parte iudicalem comunionem ei tollit, iuxta. c. Solet. de senten. excō. lib. 6. Quoniam excommunicatum ante quã denuncietur non tenemur hodie vitare, per extraua. Ad euitadã. Cuius tenore cũ decisione grauium dubiorum posuimus in. c. 1. §. Laboret. de pœnit. dif. 6. Qui tñ denunciat appellatantem, graue & ignominiosam vim infert,

h. Bonorum omnium exteriorum maximum esse honorem & bonam famam.

Quarto facit, h quod honor est bonorum exteriorum maximum, secundum Arist. 4. Ethic. Et præferenda æstimationis opinio pecunia rio comodo. l. Cum ex pluribus. ff. de solut. & l. In pecudum. §. fin. ff. vsur. & glo. pen. c. Suam. de pœnis iuxta illud prouerb. 22. Melius est, nomen bonum quam diuitiæ multæ super argentum, & c. Ecclesiast. 41. Curã habe de bono nomine. Magis enim permanebit illud quã mille thesauri magni & pretiosi. At rex æquissimus competitorum & eius executores, si post appellationem primo aspectu legitimam abstulissent vel auferre conarentur. M. & iudici eius equum, aut cappam, aut aliquid vilius, cogeret ad restituendum, & ne auferrent reprimeret. Quare igitur Maiestas eius non coget eos ad restituendum honorem & famam, quæ multo sunt maiora?

i. Honoris quæ cura vana. & quæ cura solida.

Non obstat, i quod vana videtur cura de honore, fama & gloria hominum iuxta illud. 1. Ad Corinth. 13. Charitas non est ambitiosa. et illud Aug. 5. de ciuitat. Dei. Sanius videt qui amorem laudis vitium esse cognoscit, & facit. c. Multi. 40. dist. & c. Omnes. 47. dist. & c. Ecce 29. distin. Non inquam hoc, obstat: quoniam id verum est, quando quis

quis quærit, honorem, famam aut gloriam de re mala, vel de re bona quam non habet, vel illa in Deum non refert, imo sui operis finem facit. Non autem quando ea desiderat sibi aduenire ex operibus bonis quæ ope diuina operatur. Et in hoc illa saltem principaliter desiderat, vt pluribus & efficacius prodesse possit, tum verbo, tum exemplo, vt resoluit Tho. ab omnibus receptus secundum Secundam. q. 131. art. 1. & 132. art. 1. iuxta illud præallegat. Eccles. 16. Curam habe de bono nomine. & c. Non sunt audiendi. 11. q. 3. & alia quæ in præfatione disputationis apologeticæ, quam inserui cõmento. c. Si aliquid. 22. q. 4. scripsi. At dominus Ioannes Gomez. & M. famam illam in id principaliter seruari cupiunt, quo suis laboribus Remp. & diuinam plus adiuent.

Quinto facit, quod omnium quæ obstare possunt, quo minus Rex de hac vi cognoscere valeat, maximum videtur esse quod de illa non potest iudicare, nisi de appellatione quoque cognoscat, an sit legitima nec ne. At nulla hoc ratione videtur obstare. Quoniam primo id nullatenus est spirituale, secundo quod id ex ipsis actis sine alia discussione colligendum est. ^K Et de illo quod summarie ac de plano sine discussione liquere potest, poterit iudex laicus cognoscere, etiã si sit spirituale: modo incidat in causa de qua ipse iuste cognoscit, secundum illud memorabile Specul. de reconuent. §. Secundo. verfic. Sed nunquid. nu. 1. Quem sequitur Bal. in. l. 1. C. de senten. quæ sine cert. quam & in. l. Titia. ff. solut. matri. cum concor. quæ ibi citat Alex. col. 6. & Bal. in. l. Quoties. G. de iudic. nu. 2. & Fel. in. c. Cum sit. de for. compet. col. 3. Et hæc est communis opinio secundum Dec. in. c. 2. col. 16. de iud. quamuis ille aduersus eam murmuret. Cuius rationes alias ibi dissoluimus. Quod gratia breuitatis, & quia tandem etiam ipse retinere videtur communem, hic non facimus.

K. Iudex laicus de spiritali re cognoscit incidenter: quãdo summarie sine discussione id ei liquere potest.

Tertio ideo non obstat hæc consideratio. ^I Quoniam quod ex actis constat res est quædam notoria, saltem iuris. c. Cum olim. de verb. signif. cum his quæ ibi allegat Pan. & Card. consil. 393. & est dictum Innoc. in. c. Ex insinuatione. de appell. & tradit Pan. in consil. 44. In præfatione quæstione. sub finem lib. 1. Et Bald. in Auth. Ad hæc. C. de vsu. nu. 7. per text. in. l. Qui sententiam. C. de pœnis. Angel. in. l. fin. ff. petit hæredi. nu. 3. & Pan. in consil. 12. Et si copiosior. lib. 2. Quidquid enim in iudicio probatum est, notorium esse dicitur secundum Anto. in. c. fin. 6. not. per illu. text. de tempor. ordi. Euidens item dicitur quod patet ex actis, secundum Bart. in. l. fin. ff. de publ. iudic. Pro quo est tex. in. c. pen. in princ. de caus. poss. & pro. Et in specie, quod nullitas constans ex actis dicitur euidens, textus est in. l. Si pars. ff. de inoffic. testa. vbi hoc notat Angel. column. 2. At iudex secularis cognoscere

I. Notorium esse quod ex actis colligitur siue illud sit nullitas, siue aliud.

^m cognoscere potest de articulo spirituali incidēti in causa principa-
 li, de qua ille cognoscit, quando res est notoria per dictum præcedēs
 Speculatoris. Ex quo id intulit Areti. in.c. Cum sit. de foro compet.
 nu. 14. affirmans, quod quando constat de causa vsuraria notoriē vel
 per confessionem partis, etiamsi non sit pronunciatum super ipso
 iure, scilicet an contractus sit vsurarius nec ne: iudex secularis sem-
 per potest pronuciare de reijciendo vel admittēdo accusationem.
ⁿ Verum tamen est quod ille mox subijcit: nempe iudicem secula-
 rem qui super spirituali cognoscit incidenter, non debere pronun-
 ciare super eo principaliter, sed per modū causæ, vt pulchrē per Bal.
 in.l.vnica.§. Ad hæc.nu.1.C.de Lati.liber.tollen.puta, condēno te ad
 10. indebitē ablata ex fœnore. Sed neque ego contendo probare re-
 gem posse pronuciare super appellatione principaliter, declarando
 illam esse iustam vel iniustam, sed per modū causæ, scilicet quod iu-
 dex vim fecit, eo quod partis, quā grauauit, appellationi non deferēs
 eam cōmunionē legitima & illius quasi possessionē iniustē priuauit.
^o Quarto ideo non obstat prædicta consideratio. Quia quicumq;
 iudex de spolio & vi rerum spiritualium contra clericos iudicare va-
 let, poterit etiam cognoscere de omni eo sine quo de illa vi ac spo-
 lio iudicare non potest, argu.c.Præterea.de off.deleg.l.2.ff.de iurisd.
 omni. iudic. & per consecutionem de tituli colore, qui exigitur ad
 possessionem illorum quærendam & vim ac spoliū in eis patien-
 da argu.gl.singul.ab omnibus in vsu receptæ.Cle.1. de caus. possess.
 & propriet.&c.Ex parte.cum ei annot.de restit.spoliat. Quam etiā
 habere locum, quando restitutio est faciēda iudicis secularis autori-
 tate, tenet in specie Steph.in lib.de potestat.se.sup.Eccl.reg.2.fal.24.
 Et Cosmas in Pragm.de colla.§. Item quod, verb.possidebunt, cum
 de recredentia loquitur, & clarius in.§. Neque à grauamine. verb. ne-
 quiret.col.7.de caus. dum diffinit cui debet dari recredentia, vtique
 per iudicem secularem. Faciunt quæ tradidit ipsemet Cosmas in ti-
 tul.de pacif.possess.in princ.verb.coloratum, & in.§. Ordinarij. verb.
 inquirant, & Petrus in Concorda.eo tit. Vnde in omnibus Castellæ,
 Nauarræ, Franciæ regnis, vbi rex de spolio beneficiorum principaliter
 per viam vis ac spolij iudicat, etiam per consecutionem inciden-
 ter cognoscit de titulo siue illius colore, qua parte est necessarius ad
 possessionem, scilicet an sit coloratus nec ne: licet non qua parte per-
 tinet ad proprietatem, scilicet an sit canonicus nec ne. Imo in regno
 Franciæ iudex secularis bis de titulis cognoscit. Primo ad dandā re-
 credentiam, quæ veluti quædā fructuum custodia & primū decretū
 est. Deinde ad iudicandam possessionem, quæ veluti quoddam secū-
 dum decretum est, & cū maiore sit cognitione, vt Cosmas in illo.§.
 Neque

^m Iudex laicus cognoscit de articulo spirituali incidēter quando res notoria est.
ⁿ Iudex laicus quando de spirituali incidēter cognoscit, nō debet directō super eo pronuciare, sed per modū causæ.
^o Iudex laicus qui de possessorio beneficij iudicaturus est, cognoscere debet de colore tituli: imo bis ad diuersos effectus cognoscit semper Fræus: quando scilicet dat recredentiam, & quando ad iudicat possessionē.

Neque à grauamine. satis docet & experientia magis. Cum igitur
 Rex cognoscere possit, an vis inferatur. M. ab hoc executore, poterit
 etiam cognoscere an appellatio primo aspectu sit admittenda nec
 ne, quatenus id est necesse ad iudicandum an vis inferatur.
^p Septimo p facit, quod etiam non obstat quod cognitio de appella-
 tione ad Papam interposita non pertineat ad Regē. Quoniam illud
 verum est ad finem pronuciandi, an bene vel male sit appellatum:
 sed non ad finem pronuciandi, an fiat vis per iudicem, an non fiat
 appellanti. Sicut & iudex à quo cognoscit de appellatione à se facta,
 ad finem reponendi nouata in pristinum statum.c. Cum teneamur.
 secundum communem intellectum de appell.& gloss.3.c. Si à iudi-
 ce.eo.tit.lib.6. Sicut & nemo negaret, Regem cognoscere posse de
 nouatis post appellationem, si eorum repositionem per viam vis &
 spolij ad suam celsitudinem deferatur. Ad hos enim fines de appella-
 tione cognoscere nihil aliud est, quam iudicem ad quem appellatū
 est venerari & colere, ac faciliore causę appellationis exitum parare.
^q Octauo q facit, quod quatenus conijcere licet ex legibus particulari-
 bus omnium regnorū Hispaniæ ac Galliæ, Lusitanus & Gallus sunt
 in amplissima possessione cognoscendi super possessorijs sacerdo-
 tiorum & aliorum spiritualium contra clericos: quamuis alterum in
 aliquo excedat: Castellanus autem & Nauarrus secundum locum vi-
 dentur tenere, quippe in quorum regnis non quilibet iudex laicus,
 sicut in Lusitania, sed solum princeps, aut curia suprema, vel eius ad-
 id speciatim delegatus de his cognoscit. At Castellanus Gallus & Na-
 uarrus de vi huiusmodi quam ecclesiastici iudices appellanti ad Sed.
 Apostol. censurarum fulminibus adhibent, cognoscunt & oppressos
 ab ea liberant. Neque credendum tot curias supremas, quas cancel-
 larias & parlamentas vocant, in re tam cotidiana errare. Igitur à for-
 tiore, id Lusitanus poterit facere.
^r Nono r facit, quod nisi remediū hoc & scutum aduersus eiuismo-
 di executores longe à Romana Curia exequentes adhibeatur, pote-
 runt ipsi pro libito suo quem volent excommunicare, & denuncian-
 do dehonestare, & quibus volent locis interdiceri sine vlllo iuris re-
 medio alio, quam quòd è Curia Romana deferetur. Quod est absur-
 dum. Et ideo si quo modo legitimo id fieri potest, vitandum. l. Nam
 quod absurdum. ff. de oper. liber. & c. Dudum de præben. lib.6.
^s Decimo facit s quod de abusu notorio Ecclesiasticę potestatis quę
 vis quædam est, cui nullus iudex Ecclesiasticus inferior Papa obui-
 are vult vel potest, licet regib⁹ cognoscere, secūdu Steph. de pot. sec.
 sup. eccl. regula. 2. fol. 30. Text. videtur. sing. in.c. Filijs. 16. q. 7. Quod
 habet Episcopis, & Archiepiscopis negligentibus obuiare rectori-
 bus,

^p Appellatio ne de interposita ad Papam non cognoscit rex ad finem pronuciandi, an iusta an iniusta sit appellatio: sed ad finem cognoscendi an iudex vim inferat appellanti sic.
^q Lusitanus & Gallus in ampliore possessione sunt cognoscendi de violentia super spiritualibus contra clericos, quæ Castellanus & Nauarrus.
^r Executores longe à Curia Romana exequentiū à fulminibus nemo securuserit, si reges auctoritate sua vim eorum non arceant.
^s Rex de abusu notorio ecclesiasticę potestatis cui nemo obuiat cognoscit, quo vim per eam illat reprimat: in eoque Papas olim cōfessisse, neq. post ea diffuisse.

bus, qui Ecclesiarum iuris patronatus bonis abutuntur, reges adiri posse. Cui gloss. in verb. reges addit hæc verba: Vt eum corrigat, cū per Ecclesiasticum iudicem cogi non potest, vt. i. i. q. i. Petimus. 17. dist. Nec licuit. vel etiam cum iudex Ecclesiasticus defes est.

Et quamuis illam reprehendat Pan. in. c. Qualiter & quando. de iudic. col. 2. & alio modo illum text. intelligat, eius tamen intellectus non est literæ germanus. Quamuis item dicat, illum text. corrigi per iura noua. Responderi tamen potest primo illam correctionem nūquam fuisse receptam, in his quæ ad vim pertinent & violentiam, vt omnium fere regnorum consuetudo antiquissima probat. Quæ nō contra voluntatem Sed. Ap. sed secundum ipsam videtur introducta, vel potius conseruata. Ait enim Ioannes Papa in. c. fin. 96. dist. Boni principis est ac religiosi ecclesias contritas, atque conscissas restaurare, nouasque ædificare, & Dei sacerdotes honorare ac tueri. Isidorus item in. c. Principis. 23. q. 5. dicebat: Cognoscant principes seculi se Deo debere esse reddituros rationem propter ecclesiam, quā à Christo tuendam suscipiunt. Et Gelasius commendat clericos, ne vim patiantur Zehiæ cōmiti. Isidorus item in prædicto. c. Principes. 23. q. 5. Sæpe, ait, per regnum terrenum cœleste proficit; vt qui intra Ecclesiam positi contra fidem & disciplinam agunt, rigore principum conterantur, ipsamque disciplinam, quam vtilitas Ecclesiæ exercere non præualet, ceruicibus superbiorum & potestas principalis imponat. Per quod & gloss. 2. illius cap. ait Guillel. in. c. Raynutius. verb. vxorem nomine, Adelasiam. num. 454. quod vbiunque ecclesiastica potestas deficit: vt quia non potest, aut dissimulatione prælatorum non vult, potestas secularis se intromittit, ne atrocitate delictorum pax publica turbetur. Quod ad violētias restringendum putarim. Et in. c. Christianis. i. i. q. i. Ioannes item octauus in. c. Administratores. 23. q. 5. dixit. Administratores secularium dignitatum ad ecclesiarum tuitionem, pupillorum ac viduarum protectionem rapaciumque refrenationem constitutos esse. Ideoq; quoties ab Episcopis & Ecclesiasticis viris conuenti fuerint, eorum querimonias attentius audire debere, & secundum quod necessitas expetierit, absque negligentia examinare, & diligenti studio corrigere. Hierony. item in. c. Regum. ead. caus. & q. Regum officium est proprium facere iudicium, atque iustitiam & liberare de manu calumniantium vi oppressos.

Per quæ omnia secundo responderi potest negando, quod per illud. c. Qualiter & quando. & alia iura noua statuentia generaliter & vniuersaliter, ne clerici coram secularibus respondeant, esse derogatum capitulis prædictis, quatenus per ea videtur speciatim laicis concessa

Reges sup-
plere possunt
iudicis ec-
clesiastici
defectum:
etiam contra
clericos in
materia vis
& abusus
potestatis ec-
clesiastica
notorie in-
terposita:
præsertim
appellatio-
ne.

cessa potestas cognoscendi de violentijs, argumento regulæ Generi. lib. 6. & gloss. in l. Sciendum. ff. qui satis. & Auten. Offeratur. C. de lit. contest. quæ nituntur legi. Sed & posteriores. ff. de leg. Et facit illud accommodatissimum Guido. in decis. i. Delphinatus. scilicet, Martinum Papam, cuius bullæ tenorem ibi scripsit, declarasse ad instantiā Caroli Regis Francorum se per illam sanctionem suā, qua grates pœnas statuit aduersus clericos quoquo modo conuenientes vel se conueniri patientes coram iudicibus secularibus, non intellexisse de casibus in quibus rex à tempore immemoriali inter clericos cognoscebat. Facit etiam, quod iura intelligenda sunt sine præiudicio iuris in re alij quæsiti, per illa multa quæ in prælect. c. Si quando. supra eo. in vltima except. diximus in 10. argumento pro nostra parte facto.

Ex quibus infertur primo ratio germana defendendi principium ordinationis. ^u i. tit. i. lib. 2. ordina. mox referendum, quod habet, exēptos conueniendos esse coram secularibus, secundum vsu antiquū Nam non videtur fundari in solo vsu & consuetudine, quæ incapaci non poterat iurisdictionem etiam per tempus immemoriale tribuere. c. Causam quæ. de præscri. cum copiose ibi à Feli. citatis. sed in cōcessione per antiqua iura facta, qua ratione prædicta non videntur per noua iura sublata.

Secundò ^x infertur germana ratio quare reges omnes, contra clericos de vi hodie vbiq; cognoscant, scilicet, quia id iure antiquo non solum concessum fuit illis: sed vt facerent rogati fuerunt. Et iura noua generaliter & vniuersaliter loquentia non debent ad illum casum speciatim exemptum extēdi: præsertim cum regum, quibus ius in re in hoc quæsitum erat, præiudicio.

Vndecimò facit ^y quod in his regnis, quod alibi nusquam vidi, pro comperto habetur omnes clericos, etiam episcopos & archiepiscopos exemptos siue immediatè Papæ subiectos & non habentes superiorem in regno posse ciuilitè, etiam super maleficijs siue malefeytorias, vt verbo constitutionis vtar, non solum coram Rege, sed etiam alijs iudicibus laicis inferioribus conueniri posse iuxta ordinationem regiam lib. 2. ordi. tit. i. in princip. Quia inquit text. alienum à ratione esset, vt desit in regno, qui cōtra eos ius diceret, & quod ad quærendam iustitiam adeunda esset Roma. Quæ constitutio æquissima cui rationi adnitatur in fine argu. proximi dixi. At is executor eo respectu quo executor est nullum habet superiorè in regno. Ergo super his, quæ in quantum huiusmodi malefecerit, poterit ciuilitè conueniri, non solum coram Rege, sed etiam coram alijs iudicibus.

Duodecimò facit, quod is executor neque iudex est neque potest esse, vt patuit per. 1. 2. & 3. causas. Imo protestatur se, vt merum execu-

Ratio noua
& sing. de-
fendendi. s.
i. tit. i. lib. 2.
ordi.

x
Ratio ger-
mana qua
reges hodie
ferè omnes
de violentijs
contra cleri-
cos ciuilitè
iudicant.

y
Lusitaniæ
culiarent in
ea omnes
clerici etiā
episcopi qui
bus non est
in regno su-
perior corā
iudice secu-
lari respon-
deant.

cutorem procedere. At tamen fecit, quæ nemo nisi iudex facere potest. Ergo par est ac si priuatus iurisdictionem exerceret, per illa quæ in septima causa sunt dicta. ^z At si priuatus quispiam sine literis delegatorij similem vim faceret, posset ei resisti etiam per priuatum. l. Prohibitum. vbi Barto. & latius Ioan. de Pla. C. de iur. fis. lib. 10. l. Deuotum. C. de metat. præsertim cum deest iudicis copia, vt in præsentī casu, in quo noluit ordinarius illi obuiam ire, argu. l. Nullus. C. de iud. & gl. in c. Ius gentium. 1. d. & eius. quod scribunt Innocen. Pan. & alij in cap. Olim. 1. de restit. spol. Maiore igitur ratione poterit Rex ipsum reprimere.

Iudici exequenti inuisti priuati resistere posse, præsertim cum iudicis copia deest.

Vim quam appellatio vel lis grauat maior esse alia, ceteris paribus.

^a Et ne dicas aliud esse petere, vt Rex ratione violentiæ cognoscat, aliud vt ea ratione iudicet, quia contra legitimam appellationem procedit, considera, quod vis quam appellatio præcedens vel lis ante mota grauat, maior est alia vi simplici cæteris paribus. Nam & facilius nouata pendente appellatione vel lite reponi iubentur, arg. eorum quæ latè Rot. dixit in decis. 14. in nouis, & latè post Pan. tradunt Perus. & Dec. in c. Bonæ. de appell.

Oppositiones contra hoc remedium.



Contra hoc remedium opponi posset primo, quod iudex laicus contra clericum non potest iudicare, etiã super possessorijs & violentijs cap. Placuit. cap. Inolita. 1. 1. q. 1. cap. 2. cap. Qualiter & quando. de iudic. Authen. Statuimus. C. de epis. & cler. Imo. Rota. decis. 840. An valeat. in antiq. ait consuetudinem contrariam non valere, per multa quæ ibi ponit fundamenta. Secundò quod etiam quando locus est præuentioni, de causa coram vno iudice cœpta, nõ potest alius cognoscere. l. Vbi cœptum. ff. de iudic. c. Vt nostrum. cum ei annotat. de appell.

Tertiò quod appellationis causa iudex ad quem est appellatum cognoscere debet iuribus vulgatis. At non potest Rex cognoscere de hac, nisi de appellatione quoque cognoscat. Ergo neque de ea cognoscat.

Quartò quod nouata post appellationem ab interlocutoria nõ sunt reuocanda, etiam per iudicem appellationis, donec de veritate causæ appellandi constiterit, & bene appellatum esse iudicatum fuerit. cap. Non solum. de appell. lib. 6. Adeo vt etiam auxilium brachij secularis peti possit appellatione ab interlocutoria pendente, secundum Fred. cõf. 163. col. 2. quod in remedio sequenti mox repetam. Et decis. Rot. 234. Si rector. decidit visitationem factã post appellationem exēpti non esse reuocandã per viam attentatorum, donec de exēptione constet.

Ad

Ad horum primum respondeo negando Regem non esse competentem iudicem aduersus clericos super possessorijs & vbi de vi agitur: sed nõ nego id propter c. Causam quæ. 2. qui fil. sunt leg. Cui pulchre inter alios respondet quidam Rotæ auditor in consil. 40. col. 16. Egid. à Bellemiera. ^b Sed neq; illa sola ratione quod possessoria etiam reru spiritualiu videntur temporalia secundum Vicen. in c. fi. de iud. quem ibi Ioan. An. refert & sentit glo. quam dicit sing. Card. ibi in c. Literas. de iura. calum. & Barba. in c. Cæterum. de iudic. num. 64. Cui tamen similis est in c. Cum dilectus. de electio. verb. iuramento, & sentit gl. c. Literas. de restit. spoliat. eod. verb. & multa alia quæ congerit Pan. in d. c. Literas. de iura. calum. non, inquam, hoc nego hac ratione. Quoniam etiam de rebus ipsis mere temporalibus non potest iudex lucus cognoscere contra clericum utroq; iure id attestante, vt in arg. citatur. Vnde licet opinio Vincen. vera esset, quod non arbitrator, nisi limitetur, saltè vt per Pan. in illo c. Literas. tamen solum infertur ex ea iudicem secularè posse cognoscere de possessorio rerum spiritualium contra laicum, non autem cõtra clericum. Quod annotauit Guid. consil. 149. col. 2. & Egid. consil. 40. col. 16. vers. Nec valet.

Reges non ideo de vic possessore contra clericos cognoscere quia possessoria sunt temporalia quod aliquot eruditi, sed etiam si senserit, sed noua & pulchra ratione.

Tertiò igitur nego illa ratione noua & singulari in 1. fundamenta supra scripta.

Ad secundum respondeo, quod in hoc remedio non dicitur neque petitur à Rege, vt iudicet de causa de qua cœperat executor cognoscere, sed de violentia quam ipse facit contra ius fasque notoriã. ^c Alia namque causa est huius vis, alia causa appellationis: sicut alia causa est appellationis, & alia causa attentatorum, vt subtiliter de more ait Dec. in c. Cum teneamur. col. 2. vers. Pro responsione. de appell. Quod ante illum clarè sensit etiam Perus. ibidem. n. 2. licet eum nõ referat.

Appellatio - nisi causa nõ est eadẽ cũ causa vis qua cõtra illã infertur, sicut neque cum causa attentatoru pãdẽte illa.

Ad tertium concedo, Regem non posse principaliter cognoscere de appellatione quæ ad ipsum non est facta nec fieri potuit. Nego autem non posse, de vi cognoscere, ac incidenter de appellatione. Quod Regem facere posse, copiosè monstraui in 5. argum. Sicut & iudex à quo de attentatis appellatione pendente cognoscit principaliter, & incidenter de appellatione. cap. Cum teneamur de appell. cum ei annotatis.

Ad quartum respondeo distinguendo id quod in eo assumitur, sci licet, nouata per iudicem appellatione ab interlocutoria pendente non esse reuocanda, donec benè esse appellatum pronunciatu fuerit. Quoniam aut intelligis per viam persecutionis appellationis, & veru est: aut per aliam viam, scilicet nullitatis, & id falsum est. Nã etiam appellatione deferta, vel renunciata possunt reuocari via nullitatis attestata post appellationem ab interlocutoria per iudicem competentem, confitito

ei de veritate causæ, vt singulariter determinat Lap. alle. 1. sub finem sic cum antiquo aduocato obtinuisse testatus. Et sic declarat doctifsimè illud c. Non solum. vbi etiam Peru. in §. Illa. 1. notab. idem tenet. Et ita non contendo ego, Regem posse reuocare facta per hunc executorem veluti attentata, neque suam maiestatem adeudam esse per viam attentorum: sed potest reuocare veluti violentia, & vim quam ille adhibet reprimere, constito sibi primo appellandi causam esse legitimam, quod ex ipso iure quod est notorium constabit: secundò veram esse, quod ex solo processu tenore colligendum est, & notoriū erit si sit verum, per illud dictum Innoc. in c. Ex insinuatione de appellat. & alia multa citata in argum. 5.

Non obstat etiā illud Frederici allatū in argumento. Quoniā primò id non est verū, & contrariū tenet Oldr. consi. 89. & Ioan. de Monte Murlo, quē disputando id tenuisse tradit & rationes eius scribit Io. And. in c. 1. de off. ord. quemq; Card. Imo. & Pan. & communis ibidē probat. Secundò quod etiā ipsemet Fred. fatetur contrariū esse tenendum, quando ex processu constat de illius inordinatione ac nullitate. Ita ille sub finē illius consilij vers. ad vltimū. At in casu nostro inordinatio est processus & nullitas ex eo colligenda. Tertiò, quod etiā secundū eundē Fred. contrarium est verius, quādo iudex secularis, viso iudicis ecclesiastici processu, inuenit eū iniustè processisse ac partem grauasse, quod etiam ipsemet Fred. sentit in illo vers. dū ait hæc verba: Si nullitas vel iniquitas processus esset in euidenti, tunc impune non pareretur iudici. Quod in nostro casu contingit. Opinio autem Freder. procedat, quando, vt ille ait, iniquitas vel iniustitia processus latens esset & dubia: sicut fuisse ait in casu sibi proposito. Quāuis id raro contingat quando grauamen ex solo tenore processus colligendū est, nisi de dubietate iuris intelligas. Frequenter autem contingere posset, quando appellandi causa non potest ex solo processu constare. Quo etiam casu nisi fides fieret de illius falsitate coram iudice seculari, non facilè, affirmarem eum requisitum teneri ad dandū petitum auxilium. Vnde illam opinionem Freder. tunc demum arbitrarer esse recipiendam, quando ex ipso processu constaret de falsitate causæ appellandi, vel quando fides aliter plena de illa iudici fieret.

Conclusio.

Hæc sunt quæ super hoc remedio bona fide id perpendenti occurrerūt: salua in primis S. Ap. lima: saluo dein de procerum iuris qui Regi & D. N. assunt iudicio exactissimo. Quibus si hæc arridere nossem, vehemētissimè hortarer, & humillime orarem Regem Christianissimum

*Brachij se-
culare non
est impari-
um contra
um qui ap-
pellauit etiā
ab interlo-
quutoria: si
ex probabili
causa id fe-
cit & nō co-
stat eā esse
falsam.*

*Rex oratur
vt quodū re-
medio aduer-
sus executo-
res utatur.*

nissimum & D. N. Ioannem huius nominis tertium quo eo vteretur: non in hac quidem causa in qua suspectus haberi possem, sed in alijs quæ post eam occurrent, cum ad pacem, tranquillitatem & cultū diuinum in suis felicibus regnis seruandum & augendum: Tum vero ad impediendam in primis irreuerentiam, quam hi executores nō solum S. Apost. ac ecclesiæ, sed etiam Iesu Christo Domino Deo nostro faciunt, dum ecclesiæ sacrosanctis clauibus sine vlla causæ cognitione, reuerentia ac pudore abutuntur, magnam censurarum contemp- tui occasionem præbentes cum nulla ferè partis pro qua feratur vtilitate, & cum magno cultus diuini detrimento.

Secundum remedium.



Secundum remedium, quod ex præcedentibus inferitur est, quod iudex M. brachij secularis auxiliū, tam contra competitorem, quam iudicē eius imploret. Quoniā communis est sententia delegatum à Papa id implorare posse. Quam tenet Inno. in c. Significasti. n. 3. de offi. deleg. receptus ibi à communi, in qua sunt Pan. Imol. Feli. & Dec. per c. Administratores. 23. q. 5. vbi eam tenet etiā Archid. Fred. in consil. 63. Super inuocatione. in primo dub. & Dom. post Lap. in cap. Vt officium. §. Denique. versic. An delegatus. de hæret. lib. 6. & Oldra. consil. 89. Episcopus inuocat. circa finem, & Pan. in c. Si quis contra clericum. in pen. col. vers. Nunquid autem possit delegatus. de foro competent. Paul. Castrenf. Post Alber. in l. Episcopale. colum. fina. C. de episcop. Quod etiam in executore procedere expressit Oldra. consil. 19. Super executione. sub finem. Nam vt Imol. ait in illo. cap. Significasti. colum. 2. Si hoc ordinarius potest, vt patet in c. 1. de offi. ord. multo fortius delegatus qui est illo maior in causa sibi delegata. cap. Sane. 2. infra de offi. deleg. §. Et licet quandoque in rescripto adiciatur clausula: inuocato ad hoc auxilio brachij secularis, si opus fuerit, illud est ad superabundantem cautelam. Sicut in materia. c. Mandatum infra eo. de stilo. Curia interdum exprimuntur clausulæ quæ suapte natura insunt. Hæc Imol.

Non obstat primo illud: c. Vt officiū. §. Deniq;. de hære. lib. 6. cui nō respondit Pan. in illo. c. Significasti, qua parte ibi specialiter conceditur inquisitoribus hereseos, vt brachium seculare implorare possint. Et ita videtur ius regulare esse in contrarium. Non, in quā, hoc obstat. Quoniam subtiliter de more Dec. respondet texti non fundari in ratione speciali, sed in regula communi, scilicet, vt habeat potestatem exequendi ea quæ sibi commissa sunt. Et ista ratio generaliter habet locum in quolibet delegato cap. Præterea. de off. deleg. Et hoc

*f
Brachium
seculare in-
uocant dele-
gatus. subde-
legatus &
subexecutor
Papa.*

*g
Clausula in-
uocato si o-
pus fuerit
brachio se-
culari, taci-
te intelli-
gitur in lite-
ris Papa. &
expressio fe-
ri solet ad
abundantem
& non ne-
cessariā cau-
telam.*

*h
Brachij se-
cularis inuo-
catio nō co-
petit inquisi-
tori iure spe-
ciali sed cō-
muni alio-
rum delega-
torum.*

etiam patet ibi, quia conceditur facultas compescendi contradictores censura ecclesiastica. Quod etiam fit alijs delegatis, vt not. in c. 1. de offi. deleg.

Non obstat secundo, delegatum debere prius ad ordinarium ecclesiasticum, quam ad brachiumulare recurrere, secundum Card. in Cle. 1. q. 10. de offi. deleg. Quem sequitur Dec. vbi supra. nu. 4. & fidelius Feli. ab eo non relatus ibidem col. 2. Card. enim non ait simpliciter quod ei tribuit Dec. Sed quod aut executio est faciendain possess. laicorum, & tunc debet requirere auxilium secularis per viam simplicis requisitionis, hoc est, quod executio committatur simpliciter eis. Si vero in rebus ecclesiasticis est faciendaa executio, tunc si per se non potest, inuocet ecclesiasticum ordinarium. Et si nec ille sit potens, inuocet brachiumulare. Et sic sunt tres gradus: primus per seipsum, secundus per ordinarium ecclesiasticum, tertius per brachiumulare. Non, inquam, hoc obstat. Quoniam primo, quod illi non aduertunt, Fred. in præd. consil. 163. col. 2. per pulchras rationes contrarium tenet, dicens posse quidem si vult delegatum Papæ prius ad ecclesiasticum ordinarium, quam ad secularem recurrere: non tamen teneri si noluerit. Quæ verior mihi visa fuit, quando tertio illud titulum & d. c. Significasti. de offi. dele. in hac Academia interpretabar, quamuis cum primo Tholozæ, & cum secundo Salmanticæ id feci cum Feli. & Dec. transissem rationibus Freder. non satis perpensis. Secundò non obstat hæc oppositio. Quoniam iudex M. ordinarium requisitum ad abundantem cautelam.

Non obstat tertio, quod iudex à quo appellatum est, non potest brachiumulare inuocare, appellatione pendente, secundum Alber. in l. Episcopale. vers. Sed circa hoc quæro. & Paul. Castren. ibi in fine. C. de episco. aud. & Oldr. in cons. 89. supra alleg. propter illam regulam, quæ habet, pendente appellatione nihil innouandum. l. 1. in princip. ff. nil innouan. appel. pend. & idem Dec. in illo c. Significasti. col. 2. Non, inquam, hoc obstat. Quoniam per ea quæ sub finem remedij primi diximus, id limitandum est procedere, quando appellatur à diffinitiuâ vel ab interlocutoria cum causa probabili, de qua non cõfiteret esse falsam, & appellatur in forma & tempore debitâ. At competitor neque appellauit à diffinitiuâ neque cum causa probabili neq; vera, neque intra debitum tempus, quod ex actis apparet.

Non obstat quarto, quod ipse quoque competitor contra M. idem auxilium implorare poterit. Quoniam M. Regiæ maiestati ostendet eius inuocationem cum cõsulis antea latis & toto processu nulla esse ac inutilia, inuocationem verò iudicis M. cum toto processu validam fuisse.

Neque

Neque obstat huic responsioni replicatio, quod non est regis cognoscere, an inuocatio huius auxiliij sit iusta neque argu. ea. Pat. totalis. §. Quia vero. de off. deleg. Qui singulariter habet, executorem tenetur ad exequendâ sententiâ quam scit esse iniustam. Argumento ite eius quod singul. ait Inno. in c. 1. de off. ord. receptus ibi communiter, licet, inter iudicem ecclesiasticum & secularem illam esse differentiam, quod secularis tenetur iuuare ecclesiasticum non offensa illi sententiæ iustitia: ecclesiasticus autem non tenetur suis censuris iuuare secularem, nisi præmissa prius canonica monitione, secundum Inno. receptum in illo c. 1. & audita parte si quid allegare voluerit monita, secundum Imol. ibidem col. 5. quamuis aliud durius tribuat ei Pan.

Non obstat, inquam, horum prius. Ad quod respondeo primo quod licet executor nō possit cognoscere de iustitia vel iniustitia sententiæ: nō potest tamen de nullitate, vt glos. ipsius. §. Quia vero. post principium ait, & eâ ad id notat Imo. Qui. n. 4. & Pan. col. 2. cum communi hoc tenet, & ab omnibus esse receptum testatur Feli. in ca. De cætero. col. 1. de re iudi. At M. non solum allegat inuocationem brachij secularis, si eam fecerit is executor fore iniustam, sed etiam omnino nullam. Secundò respondeo, quod ille. §. Quia vero. loquitur de exectore. At iudex à quo petitur auxilium à iudice ecclesiastico non est ipsius executor, sed par eius, secundum Inno. ab omnibus receptum in c. 1. de off. ord. par. inquam, quoad hoc, quamuis simpliciter sit maior secundum Imol. ibid. n. 16. Quamuis verius videatur neque quoad hoc esse omnino par, sed quodammodo.

Tertiò respondeo, quod ille. §. loquitur de mandato facto cū causæ cognitione & sententiâ præcedente, vt clare colligitur ex illis verbis, executio sententiæ ordinario demadatur. Et ita intelligit. gl. 1. in vet. Item not. Quæ rationem decidendi attingit, cum qua omnes transeunt. At is subexecutor extraiudicialiter tanquam merus executor processit, nulla prius per eum vel alium super hoc sententiâ lata vel causæ cognitione habita. Et in specie quod iudex secularis non tenetur obedire ecclesiastico, quâdo mandat ei extraiudicialiter aliquid, quod ipse scit esse iniustum, affirmat Innocen. in illo c. 1. de off. ord. receptus ab omnibus, præsertim ab Anto. Card. Pan. & Imo. At is subexecutor, vt iam dicebam extraiudicialiter processit. Ergo princeps qui videret eius mandatum esse iniustum, non teneretur ei parere.

Quintò respondeo p quod iudex secularis non tenetur impartiri suum auxilium ad exequendam sententiâ etiam interlocutoriam, à qua est appellatum in forma & tempore debitâ, nisi fortè per processum, vel saltè aliunde ostenderetur appellandâ causam esse falsam per ea quæ supra in remedio primo sub finem diximus. q Ultra quæ

L 4

facit

Brachiumulare de-
legatus Papæ
inuocat nullo
super hoc
ad ordina-
rium eccle-
siasticum re-
cursu habi-
to si habere
noluerit,
quamuis pos-
sit si volue-
rit.

Brachiumulare, quæ-
do contra ap-
pellantem no-
sit impartiri
dum.

Index eccle-
siasticus al-
ter inuocat se-
culare, quæ
secularis ex-
ecutiua eccle-
siasticum.
Intellectus.
ca. Pastora-
lis. §. Quia
verbo. c. off.
deleg.

Brachiumulare im-
partiturus
de nullitate
sententiæ
cognoscit si
cui & ex-
ecutor mix-
tus.

Brachiumulare non
est impartit
ecclesiastico
extraiudicialiter
illud potest
ad id quod
est iniustum.

Brachiumulare non
est impartit
regul. ori-
ter contra
appellatio-
ne in forma
& tempore
debitâ.

q Absolutio
ad cautelam
nō datur ex-
cepto ab ex-
communica-
tione ordina-
rij lata post
appellatio-
ne, nisi ali-
qualiter prius
excepit
pbat, quæ-
tus brachium
ulare cõ-
tra cum de
negetur.

facit quod in specie ac fortiore casu Ioan. And. Anton. Card. Pan. & Imol. determinant in illo c. 1. de off. ord. scilicet, non teneri iudicē secularem ad impartendum brachium suum ecclesiastico contra illū, qui prætendens se exemptum appellavit ab episcopi visitatione ex causa probabili. Qui casus ideo fortior est, quoniam in eo ius commune contra causam appellationis erat, adeo ut huiusmodi exemptus non deberet absolui ad cautelam, nisi aliquo modo probata prius, exemptione, secundum Innoc. in c. Solet de sentent. excommuni. lib. 6. quæ sequitur Rot. decis. 234. Si rector. & 308. Si quis. & Domi. quæ sequitur Perus. nu. 10. in d. c. Solet.

Ad posterius respondeo verum esse regulariter illud Innocentij in argumento assumptum, scilicet iudicem secularem teneri ecclesiasticum iuare, quando cum causa cognitione procedit, nulla illi facta fide de iustitia sententiæ vel processus ecclesiastici: sed fallere id in aliquot casibus, quorum vnus est, quando nullitas opponitur, vt pulchre Imolens. dixit in illo ca. 1. col. 6. dimidiata. Quoniam vt ipsemet paulo ante affirmavit, iudex secularis cognoscere potest de sententia iudicis brachium seculare petentis, tantum saltem quantum alius executor. Quoniam eius auxilium non vt inferioris, qualis est executor: sed pariter petitur, vt in argumenti prioris solutione dicebam. Verum in eadem solutione dictum est, executorem posse de sententiæ nullitate cognoscere, executorem, inquam, mixtum de quo loquimur in solutione horum duorum argumentorum, & de quo loquitur §. Quia vero. cum glossis. cap. Pastoralis. de off. deleg. supra citatus & declaratus.

Ex prædictis inferitur primo, quod cum iudex M. petierit auxiliū à Rege regale, & competitor idem fecerit: allegabit M. corā Rege inuocationem pro competitore factam non solum iniustam, sed nullam multis nominibus esse: cunq̄ue competitor idem contra processum iudicis M. fecerit, Regia maiestas quo suū animū ea de re informet, faciet præsentari vtriusq; iudicis processum. Et quia pro competitor factum reperiet clarè iniustum & nullum esse: factum vero pro M. validum, adiuuabit partes M. favore regio, iubendo talia legitime quæ sufficiant, vt competitor cum suo iudice ab hac molestatione cesset argumento huius capituli. Cum contingat. & eorum quæ Imolensis ait in cap. 1. de offic. ordi. num. 16. scilicet, iudicem secularem, à quo petitur auxilium ab ecclesiastico, non posse quidem cognoscere de sententia illius ad effectum eam infringendi: posse tamē ad finem se informandi, an impartiri debeat nec ne suum auxilium. Quæ singularis ampliatio est huius cap.

Secundò inferitur facile ac iure demirari te posse Regis & D. N. Ioannis

Brachium seculare impartitur tantum potest de sententia cognoscere, quia executor mixtus.

Brachium seculare cum ab vtraque parte contra alterum petitur quid faciendum.

In intellectus huius c. Cū contingat. singulariter ampliatus.

Regis Ioannis animi, religia, pietas, clementia & magnitudo heroica.

Ioannis huius nominis tertij pectus verè regium, id est, piētissimū, religiosissimum, maximum, & clementissimum ac verè paternum appetentiæque suæ dominatissimum, exemplumque dignissimum, quod reges omnes & alij regentes imitentur. Is enim, vt competitori ac toti regno est notissimum, ex animo dolet has censuras in M. iudicemque eius latas fuisse, maximeque cupit illas tolli, & satis suggestum est quæ nos hic scribimus remedia in manu sua esse. At ab horum priori retrahit ipsum animi sui magnitudo, clementia, & paternus amor, quibus iracundiæ motus adeo frænatur, vincit & calcatur, vt Christum ob oculos versans, subditorum, quos omnes pro filijs habet, malum in bono vincere malit, quam extraordinario modo castigando eorum animos exacerbare: patique malit malum, quam inferre, quatenus id paci ac cultui diuino, vt in casu præfenti commodat, pulchrè seruans illud Aug. in c. 1. 23. q. 5. Imple Christiane iudex pij patris officium. A posteriore vero retrahit eum animi pietas ac religio insignes. Quia enim brachium seculare peti hoc casu nō potest, antequam interdictum ecclesiasticum in Vlyssipponensem urbem omnium maritimarum orbis Christiani clarissimā feratur, religiosissimus eius animus id ferre non potest, donec pater veluti patriæ verissimus nihil non tentet, quo illius paci ac quieti consulat: grauissimus alioqui vltor eorum quæ ferro abscindenda sunt vlcera, & carnum putridarum, quæque sanari non possunt resector inflexibilis.

Tertium remedium.



Tertium remedium quod auctoritate nititur ordinaria quodque de prædictis causis colligitur est, ne prædictus D. Ioan. Gomez vir & si alioqui Dei timens & ecclesiæ reuerens, & M. nō omnino à religione alienus vllatenus timeant has de quibus loquimur non censuras, sed censurarum vmbas in se latas. Quia primo regula iuris est generalis, non præstare impedimentum, quod iure nō sortitur effectum, reg. Non præstat. lib. 6. cum alijs ibi per gloss. citatis & late per Fel. congestis in c. Ex tenore. supra eod.

Secundò specialius facit, quod actus extraiudicialis nullus, non dicitur actus. l. Sicut. ff. de op. liber. & l. Non dubium. C. de legi. & etiam testamentum nullum non dicitur testamentum. l. 2. §. 1. ff. quem ad test. aper. & exhereditatio non ritè facta non est exhereditatio. l. Non putauit. §. Non quamuis. ff. de bon. poss. contra tabul.

Tertio specialius facit quod sententia nulla nō est appellata sententia, neque parit effectus sententiæ. l. 4. §. Condemnatum. ff. de re iudi. Et sicut iuris caret effectū, sic & auctoritate & nomine rei iudicate

L 5 carere

Ad Ro. c. 1. 2. sub finem.

c. refecant. de. 24. q. 3.

Ioa. Gomez vir Dei timens has censuras time-re nō debet.

Actum nullum nō esse actum.

Sententiam nullam nō esse sententiam.

carere debet, nec nomen sententiæ habere meretur. Clem. Pastoralis §. Vt igitur eod. titul. Et qui tulit sententiam nullam, non facit litem suam, secundum glos. memorabilem quæ. i. est. l. fin. ff. de var. & extraordin. cognit.

^c Quartò in indiuiduo facit, quod e sententia excommunicationis quæ aliqua de causa est nulla, timendam non esse. Gelasius Papa definiēbat in c. Cui. i. q. 3. & ante illum Gregorius in c. Non debet. ead. caus. & q. Nō debet (inquit) is pœnam sustinere canonicam, in cuius dānatione non est canonica prolata sentētia. Id ipsum etiā in specie tenent ante omnes glo. & Hugu. & post eum Domi. & vterque Card. in c. i. ead. caus. & q. Archid. in c. Nemo. i. ibidem. Host. item de sent. excommunic. §. Quis sit effectus. vers. Hęc vera. de cleric. excommunic. §. Qualiter excusetur. Thomas item ille omniscius in 4. d. i. 8. q. 2. art. i. q. 4. quæ omnes ad vnum secuti sunt ibi, præsertim Palud. Theologorum omnium in hac re doctissimus. q. i. colu. 3. & diuus Anton. quem omnes rhapsodi & summissæ sequuntur in 3. par. tit. 24. ca. 73. sub fin. Pan. in c. Per tuas. de senten. excommunic. & in c. Cum contingat. de off. deleg. quæ omnium vna est opinio.

^d Quintò facit d quod excommunicatus nulliter & denuntiatus publicè non tenetur abstinere à diuinis neque ab alia hominum legitima communione, modo nullitatis causa publicata fuerit, secundum Palu. in d. dist. i. 8. q. i. col. 3. in hæc verba loquentem: Qui nulliter excommunicatus publicè excommunicatus denūciatur, ita ex aduerso ipse publicet causam quando sententia non valet: puta, appellationem vel aliam iustam causam. Quo facto amplius non est scandalum pusillorum, sed Phariseorum. Vnde est contemnendum. Quæ ipsamet verba retulit & probat diuus Anto. in illo. c. 73. & Maior in ead. dist. q. 2. colu. 2. dicebat, quod sicut superiorum oppressiones non sunt leges obligatoriæ, sic nec eorū excommunicationes nullę. In specie itē, quod

^e excommunicatio lata in eū qui iure cōtradicit virtute clausule: cōtradictores. & c. non sit timenda neq; curāda, tradunt Inno. Oldr. Archid. Ioan. An. Domi. Perus. & alij quos citauimus in 3. causa. Quibus addo Card. Alex. in c. i. i. q. 3. colu. 3. coniunctis quæ in 3. not. prius dixit. Sextò faciunt aliquot aliæ particulares definitiones. Quarum prima sit tex. in c. Ad præsentiam. de appel. quæ memorab. est secundū Imol. Perus. Præpos. & Dec. e ad hoc, quod licet excommunicatus ingrens se diuinis incurrat ipso facto irregularitatē, à qua solus Papa absoluit. c. Clerici. cū gl. in fi. de cler. excō. mi. & c. i. de sent. exc. li. 6. Et licet irregularis possit priuari omnibus beneficijs. c. Fraternitati. de cle. exc. mi. adeo vt et episcop^o ratione irregularitatis veniat deponēd^o ab episco. c. Veritatis. de dol. & cōtu. tñ qñ excōicatur post appellationē legitimam

Excommunicatio nulla, non est excommunicatio nec timēda.

Excommunicatus nulliter nō feruet excommunicationem postquā nullitatis causam publicavit.

Excommunicatus celebrans irregularis est & dignus qui priuetur beneficijs, etiā episcopatu si sit episcopus regulariter, sed fallit quando post appellationem fuit excommunicatus.

legitimam non tenetur desistere à diuinis. Nec si celebrat diuina, vllā irregularitatem incurrit, nec vllatenus inquietandus est. Habet enim ille text. hæc verba. Prædictum presbyterum pro eo, quod post excommunicationem contra appellationem factam diuina cantauit, nullatenus inquietes: sed ad eum statum reducās omnia, in quo erant tempore appellationis emissæ. Quod locum habere in omnibus casibus in quibus excommunicatio nulla est, quos scribit glo. sing. in c. Præsenti. de sent. excommu. lib. 6. affirmant omnes prædicti.

Secunda decisio sit glo. sing. & pen. c. Solet. de sent. excomm. lib. 6. Quæ habet eū, qui ante excommunicationem appellauit, ex quo de sua cōfidit appellatione, secure celebrare. Quā gl. omnes ibi probant. Quæ in eis verbis: ex quo de sua appellatione confidit, singulariter sentit, quod clarius ibi Peru. & Probus explicāt, nempe eum qui bona fide credit suā appellationē tenere, & ea fiducia ductus missauit, non esse iudicandū irregularem, licet postea apparuerit, & iudicatum fuerit eam non fuisse legitimam neque tenuisse. Pro qua singularissima & cotidiana conclusione facit illud memorabile Pan. in c. Pastoralis. §. Verum. col. 4. de appel. scilicet, g irregularitatem pœnam esse contemptus. Et ideo eum, qui nesciēs se excommunicatum, celebravit nō esse irregularem. Quod proculdubio verum est de ignorantē probabiliter, & de non contēnente verē nec interpretatiuē, arg. l. Si ignoran. ff. loc. c. Si vero. de senten. excommunic. c. Apostolicæ. de cler. excommuni. ministr. Facit & illud sing. Do in c. Is cui. §. i. not. i. de sent. excomm. scilicet irregularitatē absq; dolo minimē cōtrahi, quod etiam de dolo vero, vel interpretatiuo intelligere, arg. l. Lata culpa. ff. de verb. sig. & eorū quæ habentur in l. Quod Nerua. ff. de pos. & iuribus præcitatis. Per quæ omnia non semel multos, in terris multis consolatus sum sacrificos, in foro præsertim cōscientiæ. Nō ociosè autē gl. illa dixit: ex quo de sua confidit appellatione, neq; ipse ociosè huic decisioni addidi ea verba, bona fide. Nā si quis nosset vel nosse deberet appellationē suam vel causam. minus iustam, vel minimē verā, ac repugnantē cōscientia verbo pronūciaret se illi fidere, is profecto irregularitatem coram Deo contraheret: etiam si forte per falsas probationes aut maliciā, vel imperitiā iudicis declararetur appellatio legitima, per eādē gl. & alia supra citata inductaq; à cōtrario sensu. Quæ in re, bone Deus, quot miserè ac quoties errent, quis efferat, quisue satis debeat?

Tertia decisio sit c. Dilectis. sub finem. de appel. Quæ habet sanius fecisse canonicos Senonēses, qui decano suo cōmunicarunt in diuinis faciendis, nō obstantē quod is denuntiatus esset excommunicatus ab archiepiscopo, quia post appellationē excommunicatus fuerat. Verba tex. subijciā, quia sunt accommodatissima nostro casui: Senonenses

tamen

Excommu- nicatus post appellationē quam putat legitimā celebrāns nō est irregularis, etiam si postea declaretur esse illegitima.

Irregularitatem sine cōtempnō non contrahi, vero saltē vel interpretatiuo, neque sine dolo.

Excommu- nicatū post appellationem etiā denūciatū nō vitans in diuinis quibus omnes interesse debent, sanius facit, quā quæ vitat.

Canonico
Conimbricæ
suum religio
& puritas
animo mag-
na: qua vt
semper cres-
cat ex ami-
mo desidera-
tur.
K
Conimbricæ
interdicto ec-
clesiastico
multis nomi-
nibus nullo
propter se fa-
dati fuisse
M. non abs-
redolet.
l Aloisius A-
po st. Sed. le-
gat' vir mul-
tis nomi-
nibus illustris
& suspicien-
dus instar
Angeli pul-
chritudinis
ac lucis Co-
nimbricam
suonitote re-
stituit.
m Excōmu-
nicati excō-
municatio-
ne nulla ele-
ctio valida:
neque infrin-
gitur, licet
deseratur ap-
pellatio, præ-
terquam illa
non tenuit.
n Excōmu-
nicatio post
appellatio-
nē lata p ei-
desertionem
nō sumit vi-
res, nisi quo-
ad hoc vt de-
nuntiari &
enitari possit
excōmuni-
catus, donec
nullitatem
probet.

tamen canonicos, qui saniori ducti consilio communicauerunt eidē, vt appellationi ad nos interpositæ magis, quam denunciationi ab archiepiscopo factæ deferrent, inculpabiles iudicauimus. Quod in illa archiepiscopo factæ deferrent, inculpabiles iudicauimus. Quod in illa 9. & 10. magis confirmabitur. Sed interim perpende lector, verbum, inculpabiles, verbum item, saniore consilio, perpende, quod excommunicans iudex ordinarius erat, perpende quod ob vnam tantum causam excommunicatio allegabatur nulla. Et tamen ait tex. sanius fecisse non vitando decanū, quam vitando. Et his perpensis contemplare, quāta fit quorundā Conimbricensium canonicorū animi religio, quāta erga clauēs ecclesię obseruantia, quāta mūditię animi vel de leuissimis peccatis cura, qui ne suū Pascha consortio M. cātoris sui cōtaminarent, licet illi sexcentis appellationū, & nullitatū causis aduersus balistarij potius monticolę, quam subexecutoris Apostolici sagittas verius quam censuras munitus esset, noluerunt tamen eo præ- sente diuinis interesse. Quo factum fuit, vt M. qui eorum sacrū colle- gium cum suo præside nobilissimo multis nominibus suspicit, vene- ratur, & colit, suorū peccatorum & sordium conscius absentem se fe- cerit, ne tam purę animæ a purissimo Dei cultu abstinerent. Summo illi & purissimo Iesu placuerit, vt & illi puri ac iusti indies puriores ac iustiores fiāt. M. item, quod facere cœpit, recogitet omnes annos suos in amaritudine animæ suæ, & nunquam non ploret, nunquā nō conterat eos, nunquā obliuiscatur huius infelicitatis, qua vidit vrbe Conimbricā terris magis omnibus vnā sibi dilectā interdicto eccle- siastico ob cēsuras in se latas trimestri deformatā, tristem & luctuo- sam vsque ad hanc vltimā passionis Dominicę memoratiuam Qua- dragesimæ hebdomadam, quando eam reuerendiss. in Christo. D. Aloisius Lippomenus, vir qui natalium splendore, eruditione ac mo- rum ornamento dignissimus fuit, vt episcopatu quoque ac legatio- ne S. A. illustraretur, & Regi nostro non nihil olim legatis alijs of- fenso fieret acceptissimus, instar angeli pulchritudinis & lucis be- nignitate Apostolica, ipsius iubare in suam pristinam formam & ni- torem, magno cum omnium solatio ac iubilo restituit Gloria Deo, gratiæ Sed. Apost. Regi nostro, ac D. Aloisio. Nunquam (inquam) id obliuiscatur, quo semper humilitatis & abiectionis suę memor, hor- rore mundi cōcepto, cor contritum & humiliatum Iesu illi virginis matris filio tanta hoc tempore pro se passo nusquā non offerat, amē. Quarta decis. glo. sing. in c. Sæpē. de appell. verb. sententia, quam ibi communis probat, nempe m electionē illius qui post appellationē le- gitimā fuit excommunicatus, validā esse ac canonicā, neq; illā vitari, etiā si appellatio per negligentia deseratur. Sexta fit text. sing. in c. Li- cet. de sentē. excōm. lib. 6. n. q. habet excōmunicatū post appellationē tunc

tunc denuntiari posse, ac in extraiudicialibus vitari quando appella- tionem per negligentiam intra tempus debitum prosequi neglexit. Sed neque tunc in perpetuum vsque ad absolutionem esse vitandū, sed tantum donec docuerit, quod post excommunicationem legiti- mam excommunicatus fuit.

Septima fit Dom. à S. Geminiano in consil. illo pulcherrimo. 99. Su- per primo. col. 2. scilicet, o collationē beneficij factam ei qui post ap- pellationem excommunicatus fuerat, validam esse ac canonicam: ni aliud canonicum obstat. Pro quo est glo. illa sing. præcitata in illo c. p Sæpē. Text. item sing. in illo c. Solet. sub finem, quod habet excom- municatum post appellationem, neque in electionibus, neq; postula- tionibus esse vitandum. Vbi verbum electio, generaliter sumptum tam actiuè, quam passiuè accipiendum dixit vbi supra Do. affirmans etiam quæ supra de irregularitate diximus.

Octaua fit Pan. in d. c. Dilectis. dū col. 4. sic loquitur: vltimo q nota ex fine literæ, quod denunciationi superioris denunciantis aliquem excommunicatum & vitandum non est obtemperandum, si proba- biliter constat veritatem esse in contrarium: vt puta quia excommu- nicatus est post appellationem legitimam. Ex quo not. quod non tenentur subditi obtemperare prælati denuncianti excommunicatum post appellationem vitandum. Hactenus ille.

IX. fit Arch. in cap. Curæ. i. i. quæst. 3. cuius verba referam infra sub finem illa. 9.

Oppositiones.

Vnt tamē, vt audio, quidam tamen si pauci, quorū alij trepidant timore, vbi, quod Psaltes ait, non est timor. Alij vero (quod ait Dominus) decimāt rutam & men- tam, & deglutiūt camelum, quos leuis scrupulus angit, vel potius se angit simulant. Qui vtinam dum totā men- tem in hanc culpam intendunt, aliam grauiorem non obliuiscantur. Pro his primò facit, quod sententia pastoris iusta vel iniusta timēda est, vel tenenda secundum aliam literam, vt Hug. ibi ait cap. 1. i. q. 3. Secundò, quod nihil cū scandalo est faciendum. c. Nihil. de præscrip. c. 2. de oper. noui nunc. Tertiò, quod in specie Palud. in quart. dist. 18. q. 1. col. 3. dixit t excōmunicationē nullā propter pœnā quidē nō esse timēdā, sed propter culpā sic. Et ita in occulto nō esse seruādā, in pu- blico autē ratione scādali esse custodiēdā. Quartò, quod bonarū men- tiū est ibi etiā cognoscere culpā, vbi culpa nō est, secundū Greg. in c. Adeius. 5. d. Quintò, quod Inn. in c. Solet. de sentē. excōm. li. 6. ait tu- tius esse vitare excōmunicatū, etiā nulliter in familiari conuersatione.

Excōmuni-
catio nulli-
ter collatio
facta, validā
P
Intellectus.
c. Solet. 5. fi.
de sent. ex-
commu. li. 6.
q
Excōmuni-
catus post
appellatio-
nē vt vite-
tur præcipi-
ti prælatōnē
esse à subdi-
tis parēdū.
r
Psal. 13.
f
Luc. 11.
t
Excōmuni-
cationem
nullam nun-
quā timēdā
esse ob pœnā,
ob culpam
autem scan-
dali donec
causa nulli-
tatis publi-
cetur custo-
diendam in
publico. q
paulo infe-
rius magis
explicatur.
Sexto

Sexto facit, quod quando notum est, appellationem quæ excommunicationem præcessit, illegitimam esse, vitandus est excommunicatus, licet ille excommunicationem prætendat esse nullam. Septimò, quod Pan. in c. Pastoralis. in princip. n. 9. secutus Abbatem determinat, eum qui post appellationem excommunicatur à iudice procedente appellatione remota vitandum esse.

Ad horum primum respondeo primo, quod Gregorius in illo. c. 1. i. q. 3. cum ministerio^u loquitur de sententia pastoris, ut ibi annotavit Alex. Quia si pastor non esset qui excommunicat, hoc est potestatem & iurisdictionem excommunicandi non haberet, eius sententia nullatenus esset tenenda siue timenda, ut idem Alex. ibidè affirmat. x At is subexecutor non erat pastor nec iudex, quippe cuius scriptum erat ipso iure nullum, vel ipso iure renocatum, ut in prima causa fuit monstratum, & incapax alioqui iurisdictionis delegata, ut secunda causa demonstrat, & procedebat contra contradicentem iure perclusulam, indebitè molestans. &c. Et ita hæc sententia nõ est digna quæ dicatur pastoris ecclesiastici, sed potius pastoris ouium & armentorum, nequid peius dicam propter presbyterum. Quod etiam in quouis homine positum suspicio & veneror. y Secundo respondeo illud Gregor. agere de sententia pastoris iniusta ex animo, iusta vero ex ordine ac causa, ut sentit Gratia. in c. Episcopus. §. Si ergo. i. i. q. 3. Quamuis idem dicendum sit de omni sententia iniusta ex causa & ordine, quando ita est iniusta, ut tamen non sit nulla, secundum omnes ibi & vbiq. In quibus est Hugut. in illo. c. 1. sic inquit: Hoc cap. intelligitur de sententia iniusta ex animo vel ex causa, non autem ex ordine. Tunc enim non esset timenda vel tenenda. Quia ipso iure nulla esset. Palud. autem duas super hoc conclusiones ponit in hæc verba quoad propositum: Excommunicatio licet sit iniusta, est tamen timenda, si sic esset iniusta, quod non est nulla, sed solum annullanda: siue sit iniusta ex parte excommunicati qui est innocens in illo facto, siue ex parte excommunicantis, qui ex odio aut per gratiam vel sordes tulit excommunicationem: siue ex ordine, quia per falsos testes aut sine monitione, vel scriptis. Si verò sic est iniusta, quia est ipso iure nulla: quamuis aliquando quod nihil est in se habeat ligamen iuris, ut matrimonium de facto contractum, vel sponsalia causant publice honestatis iustitiam, quando fuerunt nulla aliter quam per defectum consensus: non tamen in proposito. Vnde propter pœnam iuris timenda non est. Quia secundum veritatem nullam pœnam iuris incurrit, qui sententiam quæ nulla est non custodit. Hactenus Palud.

Ad secundum & tertium respondeo concedendo z nihil esse agendum cum scádalo pusillorum, & per consecutionem seruandam esse in

Intellectus.
c. 1. i. q. 3.

Executores
huius sententia
non fuit
pastoris ecclesie,
sed potius gregu
& argumetorum.

Excommunicatio
iniusta timenda
quidem est, non
tamè nulla.

Scádalo
pusillorum vitandū,
Pharisæorum autem
contemendum.

publico excommunicationem nullam, si nullitatis illius causa est occulta, donec publiceretur: non autem si est publice nota vel postea quam publicata fuerit. Tunc enim, ut Palud. & Antoninus in argum. ultimo pro corollario facto relati prædixerunt, non est scádalo pusillorum, sed Pharisæorum.

a Cum igitur M. in cathedra lectione primaria multas prædictarum nullitatis causas disputauerit publice, cum easdem scriptas episcopo Conimbricensi, ac alijs multis tradiderit, cum appellationem suam coram vicario episcopi intimauerit multo antequam hæc censura ferrentur, eum ea nota fecerit capitulo Conimbricensi, cum suus iudex episcopo & capitulo Conimbricenses auctoritate Sed. A. postea iusserit, ne censuras has feruent, neque M. in diuinis vel alijs vitent: consequens est eum non seruando illas nõ præbere scádalo, nisi Pharisæorum. Quod Paludans, cuius auctoritate nititur argumentum diffinit non timendum esse imo fortiter contemnendum, iuxta illud optimi Iesu elogium: Sinite illos, quia cæci sunt. Paludanum autem Diuus Ant. & alij omnes probant.

b Ad quartum ex his quæ Salmanticæ olim in illo. c. Ad eius. 3. dist. diximus dico b primo non sentire Gregor. bonæ mentis esse credere aliquid peccatum, quod non est. c Quia imo id stultæ mentis esset, auctore diuo Anto. in 1. par. tit. 3. c. 10. §. 10. colu. 3. Quod ante illam sentit Ioan. Gerson. secund. part. de nat. & qual. conscientie. alphab. 29. littera. 9. Quam stultitiam arbitror esse in causa, quare multi grauius peccant. Quoniam qui contra conscientiam etiam erroneam facit, peccat. c. Per tuas. 2. de Simo. Quod in c. Si quis autem. de pœnit. dist. 7. late tractaui. Secundo dico nõ sentire illum, bonæ mentis esse dicere aliquid peccatum, quod tamè non sit, quia mentiretur & peccaret iuxta c. Cum humilitatis causa mentiris, si non eras peccator antequam mentireris, mentiendo efficeris. 2. 2. q. 2. Tertio dico, illum sanctissimum virum sentire potuisse bonæ mentis esse cognoscere se in genere peccatorem, etiã si nesciat quo genere peccati secundum gl. in illo. c. Ad eius. & latius in c. Cui humilitatis. Quarto dico, eum etiã sentire potuisse, quod bonæ mentis sit cognoscere culpam, id est, trepidare ob timorem culpæ incurse, vbi ratio trepidandi iusta est: nõ quidè ut iudicet peccatum esse, quod tale nõ est, sed virtutis amore, quæ res est sollicita, iuxta illud Res est sollicita plena timoris amor, secundum Maior. in 4. dist. 15. q. 2. col. 4. Quæ tamè expositiones, salua tantorum auctorum pace, licet veræ, nõ satis videtur germanæ. Quare sexto dico, Gregorium illis verbis sentire, quod quotidie experimur confessarij, & alij de dubijs conscientie consulti: nempe cognoscere culpam vbi culpa non est, esse quidè mentis bonæ, hoc est, mentis ad bonitatem propense: non tamen in quantum

Excommunicationis
huius nullitatis
causas factas
super quibus
publicatas
fuisse.

Mentis bona
in quantum
bona, non est
credere vel
dicere peccatum
esse quod
non est tale,
sed cognoscere
se in genere
peccatorem
vel trepidare
ne peccet
virtutis amore
res. sic.

Intellectus
varius &
quis germanus
illius
Gregor. Bonarum
mentium est
cognoscere culpam,
etiam vbi culpa non
est.

quantum huiusmodi esse bonam, imo malam ob defectum rationis iudicantis bonum esse malum; & album nigrum. Sic mihi videtur intellexisse Ioan. Gerson in loco præcitato, dum inter octo causas ob quas conscientia fit erronea, postremum facit puritatem cordis & humilitatem, confirmando id per hoc Gregorij dictum.

^d Conscientia
octo de cau-
sis fieri erro-
neam.

Ad quintum respondeo primo, illud dictum Innoc. de illa conuersatione familiari quæ non est excommunicatio præiudicialis, intelligendum esse, ut ipsemet ibidem cum omnibus affirmat. At M. non petit neque contendit, ut prædicti canonici admittant eum ad colloquia familiaria, quæ tametsi suauius sint & vtilia, suauiora tamen multo, veriora & vtiliora intra suum habet munus: sed solum petit & contendit se admitti ad diuina obsequia in ecclesia omnium domino facienda, & iuxta suæ Cantoriæ munus regenda. E quibus illum vitari non solum est honoris suo & ecclesiæ auctoritati detrudere, sed etiam animæ ipsius detrimentum facere. Secundò respondeo Innoc. non dicere, malum esse familiariter conuersari cum excommunicato nulliter, sed tutius esse non conuersari. Per quod comparatiuum præsumitur tutum esse conuersari. l. Vbi autem. ff. de verbo.

^e Tutius non
tenemur eli-
gere, sed su-
tis est elige-
re tutum.

^f Colloquia
omnia tu-
tius nostra
etate fuge-
re.

enim tenemur eligere tutius, sed satis est eligere tutum. Quod alius ni fallor omnibus quoad vtramque forum tractauimus in c. Si quis autem. de pœnit. dist. 7. à nu. 24. vsque ad 47. Ego autem addo Innocentio ætate nostra, ut colloquia hominum ferè sunt omnia corruptissima, tutius esse conuersationes viuorum, etiam non excommunicatorum, familiares vitare, & mortuorum quærere, & cum Psalte, ponere ori custodiam, & ostium circumstantiæ labijs.

Ad sextum respondeo concedendo vitandum esse excommunicatum, quando notum est appellationem esse illegitimam: non autem quando constat eam esse legitimam vel dubiam. Quod ipsemet Innocentius cum omnibus ibi dixit. At appellatio M. non solum non constat esse illegitimam, imò constat eam multis nominibus esse, ut ita dicam, legitimam: licet quoad propositum præsens sufficeret esse dubiam. Et ita fateor argumentum hoc neruose vrgere, quod comperitor vitari debeat, non obstante appellatione, quam se iactat interposuisse. Quoniam vix vllam eruditum inuenias qui iudicet illam interpositam esse congruo loco, & tempore, ac in debita forma, ut in 6. caus. nullit. ostendimus.

^g Excommu-
nicati post
appellatio-
nem vitan-
dum esse si
constat eam
non esse legi-
timam: non
autem si con-
stat eam esse
iustam vel
dubiam.

Ad septimum respondeo primo, Abbatem in illo cap. Pastoralis. de app. in princi. non dicere id quod ei Pan. imponit. Nihil enim ea de re. Abba. loquitur. vsque ad §. Verum. Ibi autem non agit de illo, qui ante excommunicationem appellauit, sed de illo qui post eam vel ab ipsa iam lata. Qui casus longè à nostro ut vides differt. Secundò

dico

dico h illam conclusionem Pan. procedere tunc demum, quando qui appellauit non expressit causam appellandi à iure probatam: licet forte alias legitima esset. Alioqui enim appellatio recipienda esset, etiam si non esset ita iure approbata, ut deberet admitti, etiam non obstante appellationis remotione secundum eundem, & Con. quid. quid ibi Decius cui respondimus ibidem super glos. i. motet: et ita excommunicatio lata, neque ligat, neque timēda esset magis, quam si non procederet appellatione remota. Vnde illam maximam cancellariam Pinciensem, siue Vallis oleti videas aliquando iubere scholastico Salmanticensi, quæ appellatione remota procedit, absolueri aliquos à se post appellationem excommunicatos, aliquando vero minime. Quoniam nonnulli appellant cum causa iure probata, nonnulli vero sine tali. At in casu nostro multis de causis expressè à iure probatis appellatum fuit, ut ex. 4. 5. 6. 7. & alijs causis supra scriptis palam est. Tertio dico illam conclusionem Pan. nil nostrum casum tangere. Quoniam ille de iudice cum clausula, appellatione remota, procedente loquitur. Is autem executor non procedebat cum illa clausula: licet executor principalis potuisset. Quod clarè in. 14. causa nullit. pag. 3. ostensum est.

^h Excōmuni-
catus post
appellationē
à iudice pro-
cedente ap-
pellatione re-
mota: quan-
do videtur,
& quando
non.

Ex prædictis infertur primo rectè fecisse. M. non abstinendo à diuinis audiendis & faciendis. Quoniam primo nulli, vel certè paucissimi, & hi quidem partis aduersæ, ultra aras, quod aiunt, amici crediderunt censuras has valuisse, posteaquam M. publicè eas vanas esse, ac nullas disputando affirmauit. Et ita ratio scandali ob quam aliquando censura quæ nulla est feruari debet cessabat, & per consecutionē obseruantia quoque illarum cessare debebat, arg. c. Cum cessante. de appellat. & l. Adigerè. §. Quamuis. ff. de iur. patro.

Secundo, quod nemo debet ea quæ sunt de necessitate salutis opera præcepta omittere propter alterius scandalū passuum. c. Qui scandalizauerit. de regul. iur. c. 2. de noui nunc. Tradit Tho. 2. 2. q. 43. art. 7. receptus ab omnibus, & in his ab Adriano quodlib. 1. art. 2. littera. i. Nam indecens est suum crimen alienis commodis impendere. 46. dist. Sicut non suo. nec vult Deus tali litro tale danum comperari. 3. q. 5. Si dicat. Et ordinata charitate quisque tenetur propriam salutem præferre saluti proximi. l. Præses. C. de seruit. & aqua. c. Si non licet. 23. q. 5. At. M. ad diuina audienda et aliquando facienda præcepto astringitur. c. Missas. de consec. d. 1. c. Dolentes. de celeb. miss. Tertio facit, quod neque opera consilij sunt prætermittenda propter scandalum quod ex malitia oritur. Id enim Phariseorum appellant: quod contemnendum esse habetur Matth. 15. Neque etiam propter scandalum ex ignorantia vel infirmitate procedens, quod

Scandalum
ob pusillorū
non esse præ-
termittēda
præcepta ob
scandalum
autē de ma-
litiā nascē
non etiā opē-
ra consilij.

M pusillo-

puffillorum vocatur, si post redditam rationē quare id iuste fiat per-
duret. Quoniam iam videtur malitiosum secundum Thom.in.d.ar-
tic.7.ab omnibus receptum.

K
Excommu-
nicatus qui
novis excō-
municat iō-
nē in se latā
esse nullam,
et ideo non
paret prace-
pto sub illius
pœna factō,
peccat à di-
uinis, etiam
ad qua con-
silio tantū
tenetur ab-
stinendo: si
modo iuris
peritus est.

Censuras fal-
sas pro veris
colere non
esse viri pī
nec docti.

m
Conscientia
puritati dis-
cretionis iu-
diciū de-
esse non de-
bere.

n
Excommu-
nicatus si
doctus est
et vir exem-
plaris qui
novit excō-
municatio-
nem in se
latam nullā
esse et ob id
illi nō parue-
rit, peccat
parendo ei:
si nunc quo-
que in eadē
est opinione

Intellectus
cuiusdā di-
cti Angeli.

Secūdo infertur. M. peccaturū esse, si ob has censuras à diuinis etiā
his ad quæ consilio tunc tenebatur abstineret, si per abstinentiam il-
lam crederetur ipse putare se esse excommunicatum, quia Christia-
ni omnes, præsertim doctores bono exemplo debent esse alijs. c. Qua-
lis. 8. q. 1. c. Nolo. 12. q. 1. & c. Præcipue. 11. q. 3. iuxta illud Redempto-
ris. Ioan. 13. Exemplum dedi vobis & cetera. At. M. decretorū doctor
& cathedrarius perpetuus, & in facult. Cano. primarius Academiæ
tam florentis licet immeritus, malum de se populo exemplum exhi-
buisset, si magnificisset excommunicationem quo à diuinis cessaret:
non autē quo à possessione, ob quam illa fuit lata, discederet. Id enim
fuisset reuerendo censuras easdem maxime contemnere. Quod ve-
ro facit, est honorem censuris veris debitum falsis non deferre, & ho-
norem lucis angelo debitum, sathanæ in eum se transformanti ne-
gare, & Deum falsum pro vero non colere. Quæ pia sunt et necessa-
ria. c. Presbyteros. 50. dist. Facit. c. Sæpe vitia. 41. dist. Vbi. gloss. ponit
versic. doctis præsertim memorandum: Dum vitant stulti vitia in
contraria currunt.

Tertio infertur quiddam longe alienum ab opinione quorūdam,
qui puras quidem conscientias habent, sine tamen iusto rationis
iudicio, contra. c. Non solum. de regular. lib. 6. scilicet duplici nomine
prædictum. M. male facturum esse nunc, si ob has censurarum vm-
bras à sua possessione, quod aliquando in mentem ei venit, discede-
ret. Primo, quod contra conscientiam cum malo exemplo & sua in-
iusta infamia fateri videretur hactenus se fuisse excommunicatum:
Et ita peccaret. c. final. de præscrip. c. Omnes. 28. q. 1. Secundo, quod
consentire videretur adeptioni possessionis competitoris, quam si-
ne peccato adipisci eum non posse certum est illi multis de causis in
prælectio. c. Si quando. de rescript. nuper de hac re habita disputa-
tis. At consentientes peccato, peccare Paulus ait ad Ro. 1. & Pōtifex.
Ro. eum secutus in. c. Notum. 2. q. 1. & c. 1. de off. deleg.

Quarto infertur intellect⁹ verus illius Angeli à Clauasio in verb.
Excommunicatio. 4. §. 19. qui casibus. 12. paulo ante relatis quibus ex-
communicatio est ipso iure nulla, quorum. 11. ponit glos. sing. post.
Io. Mo. in. c. Præsenti. de sentent. exc. lib. 6. subiicit hæc verba. In om-
nibus prædictis casibus sententia excōmunicationis nullo modo est
timenda, nec quoad Deum, nec quoad ecclesiam, quādo notoriē cō-
stat de aliquo ipsorum. Sed quando non constaret, tunc quoad eccle-
siam esset timenda, & ipsam contemnens peccaret mortaliter, & pos-
set

set excommunicari. P Hoc enim dictum eius, dum de notorio loqui-
tur, non debet intelligi eo modo quo notorium capitur in. c. Vestra.
de cohabit. cler. & mul. & vt ibi diffinit. Anto. nu. 3. nec vt item ac-
cipitur in. c. fin. de temp. ordi. Sed in genere pro eo quod est manife-
stum, hoc est secundum. Pan. in illo. c. Vestra num. 13. per clamorā
insinuationem certo autore præcedente patefactum: alioqui Ange-
lus contrarius esset Palud. & Diuo. Anto. imo & Roma. Pontificibus,
& alijs supracitatis in quarto argumento pro remedio facto, & in so-
lutione. 2. & 3. argumenti contra illud formati. Quod non est cre-
dendum.

Quinto infertur plusculum vigilantia desiderari posse in Prierā
te viro alioqui mea sententia vigilantissimo in verb. Excommuni-
catio. 2. not. vers. 15. Qui relatis & probatis verbis Paludani supra in
hoc remedio relatus subiicit hoc Angel. dictum ad verbum eo non
citato, neque aliter verbis eius temperatis. Quæ tamen erudito & in
materia notorij exercitato contraria merito videri possunt. Diligē-
tior mihi videtur Gabriel vir omniū consensu doctissimus, qui in 4.
dist. 18. q. 2. col. 11. altius omnib⁹ in hæc verba loquitur: Si vero excō-
municatio fuerit nulla ob defectum iurisdictionis super excommuni-
catum simpliciter, vel in illo casu quo fertur excommunicatio: vel
quia fertur post appellationem legitimè interpositam, vel ob alium
defectum propter quem ipso iure est irrita, tunc non oportet eam ti-
mere, nec pro excōmunicato gerere, vitando cōmunionem sacramē-
torū & hominū. Quoniam quod non est, nō oportet timere. Sed dū
sententia est nulla, iam nō est excōmunicatio, neque quoad Deum,
neque quoad ecclesiam. Et ergo non est timenda quoad Deum, quia
nulla culpa: nec quoad ecclesiam, quia secundum veritatem nullam
sententiam iuris incurrit, qui sententiam quæ nulla est nō custodit.
Timenda tamen est non sententia, sed scandalum populi vulgaris
nescientis sententiam esse nullam. Vnde si aliquis publicè excom-
municatur & denunciatur nulliter, ex aduerso publicè sufficienter
ipse causam propter quam sententia est irrita, quo facto non pareat
sententiæ; & si aliquis tunc scandalizatur, non est scandalum puffil-
lorum, sed Phariseorum, secundum reg. Christi Matt. 15. contemnen-
dum. Attamen non tenetur eam seruare in occulto ante scandali fe-
dationē: sed neque in occulto neque in publico coram sapientibus
quibus nota est nullitas sententiæ tenetur eam obseruare. Haectenus
ille. Cuius & aliorum sententias eo curiosius retuli, quo res est magis
cotidiana, & nonnulla conciliatione autorum indigebat.

Sexto infertur non teneri alios ad vitandum. M. imo posse cum
eo iuste ac sanctè communicare, tam in diuinis, quam alijs ex-
traudi-

P
Excōmuni-
catus vt vi-
tari non de-
beat: non
oportet excō-
municatio-
nem notorie
nullam esse:
sed sufficit
probabiliter
id credi.

q
Notorum
& manife-
stum differ-
re apud iu-
ris pontificij
peritos.

r
Gabrielis do-
cti et dilige-
ntissimi pul-
chrum.

tra iudicialibus. Quoniam excommunicatus (quod pauci, pro dolor, satis aduertunt) magis peccat non vitando alios, quam alij, qui saltem nondum sunt participare illi prohibiti, de quibus mox dicam, non vitando ipsum, per text. in.c. illud. de cleric. exc. ministr. At ipse M. communicando alijs non peccat. Ergo neque alij communionē ipsius non vitantes. Casus est præterea in.c.d. Dilectis sub finem de appell. supra ad verbum relatus.

Septimo infertur, eos qui M. & iudicem ipsius non vitant in extra iudicialibus, neque in iudicialibus, quoad hunc nullitatis articulum in nullā pœnam incidere. Quoniam primo supra probatū est ipsum nullam pœnam incurrere non vitando alios, & maius peccatum esse non vitare, quam non vitari. Secundo, quod res quæ culpa caret, carere debet & pœna.c.2. de consti. At nullam contrahit culpam qui nō vitat excommunicatum prætendentem excommunicationem in se latam nullam esse, ideo quod vel errorem continebat intolerabilem, vel sit post appellationem legitimam lata, in extra iudicialibus per casum nouum & luculentissimum.c. Solet. de senten. exc. lib. 6. Quod procedit etiam antequam causa incipiat in iudicio tractari, si contat appellatum esse legitima de causa: quamuis ab alia parte allegetur esse falsa, secundum Innocen. autorem illius.c. Solet. verb. articulo col. 2. Quod etiā in ead. col. & eod. verb. eo nō relato affirmat Host. Quod ipsum facit Io. And. quem referunt & probant Do. & Per. ibidem. At si iudex & M. post appellationem legitimam prætendūt se esse excommunicatos, quod etiam palam constat ex actis. Tertio facit, quod excommunicatus qui etiam alia de causa quam appellationis, vel intolerabilis erroris in sententia expressi prætendit excommunicationem in se latam esse nullam, non debet vitari, si causa nullitatis notoria est, vel sua intentio iure communi fundatur secundū Innocen. in præd. verb. & Hostien. super eod. quibus non relatis idē ait Ioan. And. col. 2. quem Do. & Per. sequuntur in eod. c. §. In secunda. nu. 4. At excommunicationem hanc prædicti iudex & M. prætendunt esse nullam, etiam ea de causa, quod ipse neque est, neque potest esse iudex delegatus vel subdelegatus Apostolicus, eo quod sit presbyter simplex. Et ita prætendunt eam esse nullam ex causa notoria vel certē iure communi fundata. Ergo propositum. Quarto facit, quod communis habet, locum illi cap. Solet. esse non solum in illis duobus casibus expressis in eo. Sed etiam in alijs omnibus quibus excommunicationem esse nullam contenditur, eo quod illi duo causa exempli, & tanquam frequentiores & clariore ibi exprimuntur. Et ideo non debet adeo restringi, quin extendatur ad alia in quibus eadem militat ratio, arg. c. 1. coniuncta. gl. ne cler. vel monch. &

Excommu-
nicatus mi-
gis peccat
non vitando
alios, quam
alij non vi-
tando ipsum.

Excommu-
nicatus nul-
liter non est
vitandus etiam
antequā de
nullitate in
iudicio tra-
ctetur, qua-
cumque de
causa nulli-
tatem præ-
tendat præ-
sertim si pro
nullitatis
causa sit ius
commune.

gl.

gl. sing. in Cle. 2. de rescrip. verb. præfidentes. Quod expressè annotauit Pan. in.c. Per. tuas. de sent. excomunica. col. 2. & Fel. 1. Palud. post & ante alios Theologos in illa dist. 18. q. 1. & clarius Angel. verb. Excomunicatio. 4. §. 19. & Syluest. verb. Excomunicatio. 2. no. 2. vers. 15.

Octauo infertur, peccare illos, qui suum iudicē & M. in eis actibus extra iudicialibus euitant, in quibus vitando eos, si non esset hæc excommunicatione quæ nulla est, excommunicatus, peccarent. Quoniam primo si quid eos à peccato excusaret, maximè esset hæc excommunicatione, quæ illis iustam tribueret causam non communicandi ei. At hoc per prædicta falsum est. Secundo, quod iniuriam facit qui excommunicatum prætendentem suam excommunicationem nullam esse, vitat in his, in quibus vitatio illi est præiudicialis, secundum Innocen. & omnes alios in illo.c. Solet. y Adeo vt singulariter, affirmant teneri canonicos occurrente vacatione & electione, vocare absentem, quem episcopus excommunicasset in canonicorum præsentia. Quia forte aliqua de causa prætendere potest illam excommunicationem esse nullā. Quo casu si de illius causæ falsitate non cōstet, debet ad eligendum admitti.

Nono infertur, canonicos Conimbricenses qui M. in diuinis faciendis à principio vitarunt difficile à peccato excusari posse. Difficile item à restitutione obsequij diuini quod M. hoc trimestri præstitisset in ecclesia per prædicta, ea ratione quod D. decano cum toto capitulo quæ illorum humanitas fuit roganti, vt sine fructuum præiudicio ad vitandos aliquorum scrupulos & Romanorum vitiligatorum molestiæ timorem, & ne homo exterius scādalo esset, eis quibus obsequi maxime percipiuit. M. sponte sua discelsisset, suppleissetque aliqua ex parte, tum per substitutum succentorem, tum per missas & alia opera pia illud obsequium ecclesiæ subtractum. Nunc autem quando iam appellationis & nullitatis causas Reuerendis. D. legatus recepit, & de his cognoscere capit, multo difficilius fuerit eos excusare. Quoniam iam M. vix huic subtractioni cōsentire iuste potest, etiam si maxime velit. Omnes enim consentiendi rationes quæ hætenus militabant cessare videntur. Nam primo qui canonicus post prælectionem hanc æditam, post appellationem à legato receptā, & interdictum ab eo suspensum scrupulū habet in cōmunicando M. in eis extra iudicialibus in quibus vitatio ei præiudicialis potest esse, quoad animam, honorem, vel rem familiarem, non religiosus, sed superstitiosus merito haberi potest, arg. eorū quæ Diuus Tho. tradit in 2. 2. q. 92. & 93. & illius Inn. 3. in.c. 2. de trāsl. præl. Quod nō est sanctorum patrum decreto sancitū, superstitiosus non est ad inuentionibus presumendum. Quod ante ipsum Step. 3. scripsit in.c. Cōsuluiti. 2. q. 5.

Excommu-
nicatum nulli-
ter qui vi-
tant in acti-
bus in quibus
illi præ-
iudicialis
est vitatio,
peccant.

Absens ab
episcopo ex-
communica-
tus in præ-
sentia cano-
nicorum vo-
candus est
ad electionē
ab eis vt
sciunt, an il-
le præsentis
sit se nul-
liter excom-
municatū.

Canonici
Conimbricenses
qui M. in diu-
inis faciendis
à principio
vitarunt dif-
ficile à pec-
cato excusa-
ri posse.

Censuras in
præiudiciū
alterius ser-
uare quan-
do seruanda
non sunt, non
est religio,
sed superstitio.

Canonico
Conimbricē
ses si contē-
nerēt serua-
te canones
Apostolicos
vitationem
excomuni-
cati vetan-
tes, depomi
posse ab or-
dine ac bene-
ficio: non ta-
men here-
seos suspe-
ctos haben-
dos. Quonia
eorum in
Sed. Apost.
obseruantiā
notissima
est.

Canonico
Conimbricē
censis qui
scandalum
posthac in
cōmunicā-
tione. M. ac
ceperit, non
pietatis, sed
mali animi
signa dabit.

Conimbricē
egregijs cō-
cionatori-
bus & do-
ctissimis in
quavis fa-
cultate vi-
ris ac sele-
ctissimis no-
bilibus &
cognitorum
causarum si-
dei presen-
tia nobilis.

Bernardus
episcopus S.
Thome lau-
datus.

Henricus in
fans simus
& sanctissi-

Secundo canonicus eiusmodi haberi potest sacrorum ecclesie ca-
holicæ Cononum contemptor, si tot scriptis monitus seruare refu-
git. c. Dilectis de appell. & c. Solet. de sent. exc. lib. 6. Et ita formidare
pœnā transgrediētium Canones, quæ regulariter depositio est ab or-
dine & beneficijs. 4. dist. §. fin. & annotauit glos. recepta in. c. Genera-
li. de elect. lib. 6. in verb. inhibemus. Imo & pro hereseos suspecto ha-
bendum sentit gl. sing. in. c. Sacerdotes. 2. q. 7. dū citat. c. Nulli fa. 19.
d. Quod tamen temperat prædicta gl. sing. in verbo. Inhibemus, pro-
bata per omnes tantum procedere in eo qui non seruat Canones, eo
quod opinetur eorum conditori non esse potestatem eos condēdi.
A qua tamen suspicione longe abest senatusis ecclesie Conimbricē-
censis, cuius animi pietas, & in sanctam Sed. Apost. obseruantiā non
vno nomine cōmēdanda toti Lusitanie notissima est. Tertio quod
qui iam his scriptis æditis, & typis excusis extraiudiciali cōmunicā-
tione. M. in materia saltem illi præiudiciali scandalum patitur, non
pusillus, sed malitiosus, nō paruulus, sed Phariseus haberi potest, per
ea multa quæ supra in hoc remedio adduximus d præsertim post-
quam iam res palam habet. M. non vitari ab vilo totius Academiæ
quæ tot doctissimis in quavis facultate viris oppleta est, excepto vno,
de quo paulo post loquar. Palam item non vitari eum à concionato-
ribus, etiam in familiari conuersatione: cum tamen in hac Quadra-
gesima plures Conimbricæ, quæ ipsius felicitas fuit, doctiores itē &
illustriores forte quam in alia vnquam concionentur. Palam item
non vitari eum à monachis vllis, non à nobilibus, quorum magna,
docta, & selectissima copia est huic Academiæ. Non denique ab vl-
lis ciuibus, neque à multis ipsorum canonicorum. Imo & à fide dig-
nis audio neminem eorum credere latas in. M. censuras valere, sed
aliquos ob aliquot peculiare respectus id simulare. Palam etiam nō
vitari ab inquisitoribus hæreticæ prauitatis huius vrbs, quorū egre-
gia eruditio & cura vigilantissima cum tanti officij autoritate con-
iuncta cuius, etiā timidissime conscientie satis superque facere de-
bet e præsertim quod eorum alter episcopus nēpe. S. Thomæ vir mul-
tis nominibus suspiciendus ea est animi libertate, ea ingenij acrimo-
nia, eo instituto nimirum Dominicano, vt notissimum sit non mo-
do. M. homini peregrino & humilis cōditionis, sed neque indigenæ
alij multoq; superiori pariturū in re quæ religionē tāgeret Christiā-
nā. Qualis est obseruatiā erga ecclesie catholicæ catholicas clauēs.
Imo palam est eum nō vitari à serenissimo Infante. D. Henrico sū-
mo, quæ illi humanitas Christianissima fuit, causarū catholicæ fidei
apud Lusitanos cognitori sanctissimo ac grauissimo, qui eum binis
litteris in hoc trimestri de more regio humanissime saluere iussit.
Palam

Palam postremo esse, non vitari eum à Regibus nostris, neque ab vl-
lo totius regni summate, excepto forte vno alicuius praua suggestio-
ne contra suum ingenium ac morem à diligendo. M. alienato & Quæ
ne credas esse D. Ferdinandū à Vascocelos qui natalium claritate &
virtute animi multigena dignus fuit, vt archipræfulatu Vlyssipponē
si de illustri fieret illustrissimus, eo quod fama sit, eum competitori
familiarium veluti suorum cognato fauere: certior esto primum de
disse illum ad. M. super hac re literas benevolentie, vt assolet, plenif-
simas. Deinde testatum esse contrarium, apud multos. h In quibus
vnus est vir illustri genere clarus eius cognatus D. Garfias ab Almei-
da vir inquam veritate, vitæ integritate, moribus planè Christianis,
cum primis sui ordinis merito locandus. Postremo quod ipse literis
ad ipsius Reuerēdis. dominationem datis totam hanc causam quā
libentissimè iudicio eius relinqui, siue iudicis, siue compositoris
partes assumere liberet. Neque id abs re feci. A primo enim congres-
sū, quando me ab hinc circiter quinquennium ipsi Vlyssipponæ
dedidi, in hunc vsque diem tanta cuiusdam heroicæ rectitudinis in-
dicia, tum in verbis, tum in epistolis, tum in factis ipsius video, per-
pendo & confero tanta eius qua in veritatem & simplicitatem est
amoris, tanta item odij quo in fictionem & simulationem est vesti-
gia & argumenta & cerno & audio, vt sicut eum omnium qui Regi-
bus assiltūt in hac virtute, quæ rarissima est, & ideo pretiosissima, pri-
mum, vel certè cum paucissimis principem æstimo, ita non hanc tā-
tum cantoriā qua minus, gratiæ Deo ac Regi nostro, egeo, quā illa-
me, sed & vitam sine vlla formidine fiderem. Quo fit, vt nullatenus
ferre queam quosdam parum pudenter & minus prudenter dice-
re, gratum futurum viro rectissimo quidquid in fauorem competi-
toris, etiam minus iuste fuerit factum, parum imitantes D. Ioannem
Menesium eius maximè dilectū & diligentissimū, qui verba suo ge-
neroso ac Christiano animo dignissima in hac re nō semel nobis ab-
sentibus protulit. Sed ad rem redeo.

Cum ergo & iura luculentissima & exēpla optimorū, maximorū, &
doctissimorum imitanda concurrant ad persuadendum in nullis ex-
traiudicialibus. M. euitandum esse, consequens est, canonicos, qui cū
M. in his diuinis ad quæ omnes conuenire tenentur, cōmunicare no-
luerint, non timore ac amore Dei, sed vel odio, vel alio malo animo
id facere. Pro quarum omnium corroboratione sufficiat, quod qui
vnus doctoris eruditione, ac animi pietate celebris autoritate ductus
fecerit aliquid, excusatur: etiam si forte id non esset iustū, & alij cō-
trarium tenerent, per text. in. c. Capellanus. de fer. Cuius gl. putatur in
hoc sing. ab Alex. in consil. 1. col. 4. 2. vol. & comendatur ibi à Pan. &
M 4 Imol.

mus causa
rū fidei cog-
nitor esse di-
gnatus.
g
Ferdinandus
à Vascocelos
cum pri-
mis verax.
simplex. re-
ctus merito
archipræsu-
latu illustra-
tus.
h
Garfias ab
Almeida
multis nomini-
bus suspi-
ciendus.
Ioannes Me-
nesius gene-
roso anima
verba dig-
na loquitur.
K
Doctoris
vnus erudi-
tione ac ani-
mi pietate
celebris au-
toritas ex-
cusatur etiā
a resolutione
cesurarum.

Imol.& Fel.in.c.Nam.de constit.col.4. Quod copiosissimè cōfirmat Diuus Anto.in. 1.par.tit.3.c.10.§.10 Quod etiam ad excusationem à violatione censurarum procedere speciatim satis fatentur Io. An. Do.& Perus.in.c. Alma mater.§.pen.de sent.exc. lib.6. & constanter affirmassent,si legissent quæ citat Diuus Anto. vbi supra, & meminissent glos.prædictam cum annotatione Imol.& Pan. in illo.c. Capellanus, & satis ponderassent glos.pen.c.Solet. de sententia exc. lib.6.cum his quæ in illius confirmationem adduximus supra in.6.arg. decis.2.pro remedio formato. At non vnum tantum doctorem, sed multos & illustres tam sacrarum,quàm Pontificiarum literarum peritos supra citauimus. Quibus omnibus addo Archid.in.c. Curæ. 11. q.3. in hæc verba loquentem. 1 quamuis sit credendum alicui ordinario denunciati aliquem excōmunicatum,vt in hoc cap. Curæ.& infra.&c. Debēt. & extra de treug. & pac.c.i. Si tamē scias pro certo denunciatū ante excōmunicationem appellasse, securè & pro certo potes illi cōmunicare, extra de appell. Dilectis.in fine. Nam ipse denunciatus potest se ingerere cōmunioni & diuinis. Hactenus Archid. Ante quem Inn.in.c. Pastoralis.§. Verum.de appell. ait, excōmunicatum post appellationem non esse à diuinis eijciendum: imo posse alios canonicos securè cum illo celebrare, per.c. Dilectis. sub finem de appellat. etiam antequam. d.c. Solet. æderetur cuius sententiam in hæc verba protulit ibi Host.col.6. sub finem. m Si quis primo appellaret, & postea excōmunicaretur, talis nec denunciandus esset, arg. in fra de sent. exc. Per tuas. nec essent sibi sua beneficia subtrahenda: cū & ipse non debeat se pro excōmunicato gerere, & ministri præbendarum tanquam mercenarij possint ei cōmunicare. 11. q. 3. Quoniã multos. infra de sent. exco. Inter alia. secundum Do. no. Quinimo talis hodie & si in iudicijs euitetur, in diuinis tamen officijs, & fortius in omnibus alijs quæ aguntur extra iudicium non vitatur, vt extra de senten. exco. c. Solet. §. In secunda. lib. 6. Hactenus Host. Quem Ioan. And. & Do. Anto. ad verbum sequuntur. Petrus item Card. Imol. Perus. & Præpo. probant. Scrupulosi ergo hi vel aliã sacrã scripturã, vel alios sacros Canones proferat, suspiciõnẽ hæreseos incidetes, aut tot & tantarum scripturarũ & interpretum autoritatis moli succumbãt. Decimo infertur, n nullos beneficiorũ fructus subtrahi. M. ob hæc excōmunicationem posse. Quod Inno.in. d. §. Verum sub finem ab alijs receptus affirmavit. Quinimo subiecit etiam eum qui excōmunicatus fuit valide, sed iniuste, constito de iniustitia, recuperaturum esse fructus omnes qui excōmunicationis tempore obuenerunt. o Ex quibus duobus dictis infertur verum esse id quod ego se-

Excōmunicatum denunciati ordinario licet dēdatur. tamē qui scit eum ante excōmunicationem appellasse securè cōmunicat etiam in diuinis.

Excōmunicato nulliter non subtrahi cōmunionem diuinorum neque beneficium.

Excōmunicato nulliter nullos fructus subtrahi: iniuste autem excōmunicato subtrahos restitui aperta iniustitia.

Intellectus cuiusda staturi allegati à canonicis Conimbricēnsibus.

nempe id statutum quod aliqui eorum allegabant se habere, vt qui ecclesiæ beneficiarius excommunicaretur, siue bene, siue male vitaretur à diuinis. At constito postea, quod malè fuisset excommunicatus, integre illi sua præberetur præbenda cum omnibus distributionibus cotidianis, intelligendum esse necessario de illo, qui licet iniuste, tamen valide fuisset excommunicatus: nõ autem de illo qui nulliter, præsertim post appellationem. Primo quia hoc iuri communi consonat. Secundo quod non solum canonici Conimbricenses, sed neque tota ecclesia Lusitana id statuere potuisset. Quoniam id esset statuere contra. d.c. Solet. Quod nemo facere potest præter Ro. Pontif. c. Quod super his. de maior. cum ibi latè per omnes, præsertim Imol. & Feli. annotatis. Sed neque illi patres tam crassum statutum monstrare mihi potuerunt. Imo per ea quæ tunc exhibita fuerunt tacitus conieci p canonicos olim Conimbricenses non fuisse prudentia & eruditione inferiores, quam præsentis: tamen si tempora illa literis discendis multo, quam præsentia infelicia fuissent.

¶ Undecimo infertur, non esse timendam vllatenus excōmunicationem quam is subexecutor in participantes tulit. Primo propter omnes fere nullitatis causas supra deductas, & quod is subexecutor nullam vnquam iurisdictionem habuit super. M. vt supra in. 1. 2. & 3. causis nullitatis demonstraui. Ergo minus in participantes cum illo, argumento Aut. Multo magis. C. de sacrosan. & Clem. Si dominum. de reliq. & vener. Et vltra omnia præcitata dicebat peritissimus Bonifac. in Clem. Archiepiscopo. de priuil. num. 57. executorem merum non habere iurisdictionem, neque in principales, neque in rebelles. Secundo, quia dato, quod constanter negamus, quod habuisset ille iurisdictionem vllam super. M. tamen per recusationem & appellationes legitimas deuoluta fuit illa ad superiorem, argum. c. Vt debitus. de appell. & c. Non solum. eo tit. lib. 6. Tertio, r quod etiam si iurisdictione non fuisset ab eo in superiorem deuoluta, tamen excōmunicatio ab eo lata contra participantes excōmunicatis à se nulla erat ipso iure, nisi nominatim prius illi monerentur, text. sing. in. c. Statuimus. de senten. excōmunic. lib. 6. Et ita his qui generaliter tantum fuerunt moniti, nil timendum est. Quarto, s quod delegatus iudex (quod parum etiam aliquot docti aduertunt) non habet potestatem excōmunicandi participantes cum excōmunicatis à se, secundum Archid. in. c. Rogo. 11. q. 3. Quia, vt vir doctus ait, delegatus non recipit à delegante iurisdictionem, nisi super expressis in rescripto. cap. P. & G. de offic. delegat. At participantes in eo non exprimentur. t Et quamuis idem Archid. contrarium teneat in dicto capit. Statuimus. sub finem: tamen Domi-

P
Canonicos Conimbricēses olim nõ fuisse minoris eruditionis, quàm nunc.

a
Excōmunicare qui nõ potest principalem, minus participatem cõ eo poterit.

r
Excōmunicatio in participantes nulla est, nisi nominatim monentur.

s
Excōmunicare non potest delegatus participantes cum excōmunicatis à se, nisi quando per illi participatione sua iurisdictione turbatur.

t
Archidiaconi opinione contrariarum concordia.

& Perus. ibidē priorem opinionē probant propter eius neruosum fundamentum, nisi quando ex participatione ita induresceret excommunicatus, vt ob id iurisdicō delegati turbaretur, & locus esset. c. 1. de off. dele. Quo casu tenenda est opinio, quam tenet idē Arch. in illo. c. Statuimus. At in casu proposito antea is subexecutor arcuariū venatorem potius, quam delegatum agens Apostolicum, prius monuit quosdam paucos nominatim, & prius in eos tulit excommunicationem, quam cum. M. participarent: imo & prius quam copia esset eis cum eo participandi. Ergo & prohibitio illa & pœna ei apposita à non suo iudice facta fuit, & per consequutionem nulla.

u Quinto, *u* quod excommunicatio lata in participantes cum. M. super excommunicatione ipsius. M. & super necessitate illum vitandi fundatur, vt ex literis pater. At. M. nullatenus fuit excommunicatus, neq; pro tali habendus, vt per superiora palam est. Ergo illa excommunicatio fundamento caruit. Ergo & ipsa cadere debet. c. Cum Paulus. 1. q. 1. c. Veniens. de cler. non baptiz. l. In testamēto. ff. de condic. & demon.

Sexto facit, quod delegatus tum demum habet iurisdictionem in personas non expressas in rescripto, quando illæ iurisdictionē suam indebite impediunt, iuxta ea quæ in. c. 1. & c. Ex literis. de off. deleg. traduntur. *x* At qui cōmunicat in extraiudicialibus ei qui post appellationē probabiliter interpositam vel alias nulliter est excommunicatus, sanctē ac lege sacra id. permittente cōmunicat, etiam si cēties sit denunciatus. c. Delectis sub finem de appell. c. Solet. eo. tit. lib. 6. quod supra latē monstratum est. Quia via ergo delegatus in participantes contra. M. qui post appellationē fuit excommunicatus, & multis alijs de causis prætedit id nulliter fuisse factū vllam iurisdictionē habet.

x Septimo facit, quod licet regulariter excommunicatio sine monitione canonica facta, etiam à delegato valida sit, licet iniusta, vt latē supra. in. 5. nullit. caus. scripsimus: fallit tamen id, quando quis excommunicat participantes excommunicatis à se. Quia tūc oportet eā esse canonicā, vt in. d. c. Statuimus. hoc est, vt aliquot dierū cōtineat interualla. Quod. c. Cōstitutionē. eiusdē titulia perit, & annotauit gl. illius. verb. feruatis, & clarē colligas id. ex forma quam Perus. ibi ponit ad chartas cōtra participantes dandas. Annotauit & gl. c. Sacro. de sent. excō. & ibi. Feli. col. 1. & in. c. Cum sit Romana. col. pen. de appell. Est enim hoc casu speciale, non solum in hoc, quod excommunicatio sine monitione lata nulla sit: sed etiā in eo, quod lata sine canonica. nō. teneat.

y Ex quibus inferitur primo, y raras esse executorum excommunicationes contra participantes latas, quæ vere valeant. Quoniam rari sunt qui hæc feruent. Inferitur secundo, quod pauci aduertunt, iniuste vel certē frustra chartas

J Excommunicatio in participantes ab executoribus. Litas raro valere.

chartas contra participantes excommunicatis ilico post excommunicationem à iudicibus dari, quando re id exigente per horas proceditur ad interdictum ponendum, satiusque ac iustius esse tunc post interdictum latum, crescente contumacia, & excommunicato indurescente, contra participantes canonice procedere. Quæ meo iudicio nouissima sunt, & iuri diuino & humano consonantissima grandesque conscientiarum scrupulos adimentia.

Hæc sunt in causa, quare iure demiror, & quendā huius Academiae doctorem omnium consensu doctum & amicum. M. in communicando ei scrupulum habere, non quidem, quod. M. esset excommunicatus, sed quod ipse nominatim ne illi participaret, monitus fuit et iussus. Excusat tamen eum, quod in legum Lusitanarum & Cæsarearum arena exercitior est, quam in sacrorū, præsertim omnino spiritalium Canonum, & quod vir Dei timens nimiū tribuat illi Gregorij: Bonarum mentium & c. supra in confutatione contrariorum huius remedij varie intellecto.

Vndecimo, inferitur interdictum hoc à prædicto arcuario in Conimbricam telum veluti pestilens iactum nullum omnino fuisse, ac nullatenus timendū propter omnes illas fere sedecim nullitatis causas, ob quas supra diximus excommunicationem in. M. latam neque valuisse, neque timeri debere. *a* At nusquā nō habent similes, quod aiunt, sua labra lactucas. *b* Nam tanta religione hoc pestilens non interdictum, sed venenum cui aqua & igni interdendum erat, receptum fuit, vt multis diebus pro cessatione ab omnibus diuinis obseruatum fuerit, donec aliquot pij & eruditi huius Academiae viri diuino cultui condolentes non tam rogati, quam rogantes consilio suo de cessatione interdictum effecerunt generale. Et id quidem iure optimo. *c* Nam quamuis Cald. receptus ab omnibus in lib. de ecclesia. interd. col. 7. dixisset pro speciali interdicto habendum id per quod ecclesiæ omnes alicuius ciuitatis vel prouinciæ interduntur, & is subexecutor in omnibus ecclesijs Conimbricensibus interdictū posuisset: *d* tamen Cald. dictum intelligendum est in dubio, quādo simpliciter interduntur ecclesiæ, non exprimendo, quod id sit interdictum generale. At is subexecutor clare dixit, sæpius id repetendo, se generale interdictum in illis ecclesijs ponere. At in certis non est locus coniecturis. l. Continuus. §. Cum ita. ff. de verb. Quamuis fatendum sit hunc subexecutorem ita hoc, sicut & alia omnia confudisse, vt res primo aspectu dubitationem præ se tulerit.

Quamquam autem illi viri pij ac eruditi persuaserūt id esse quod non erat, scilicet interdictū generale: non potuerunt tamen in hunc vsque diem persuadere id esse quod erat, nepe nihil. *e* Quod in causa

z Doctor quidam Academiae doctus & amicus excusatur.

a Similes vbi que sua labra lactucas habent.

b Interdictū per collationē omnino do per errorem obseruatum.

c Intellectus cuiusdā dicti Cald. in materia interdictorum quotidiani.

d Interdictū quo ecclesia alicuius ciuitatis vel prouinciæ interduntur, speciale in dubio iudicandum, nō autem si expresse feratur generale.

e Canonici Conimbricenses à rumore in eos parum iusto excusantur.

sa fuit, quare à vulgo ceperint malè audire canonici, scilicet quod eis interdictum placet, & nolunt scire id esse nullum, quia labor eis minuitur. Quod tamen de tanto ac tam reuerendo patrù senatu temerariù sit sentire, quando quidè nouerunt illud Apostoli. 1. ad Cor. 14. ignorans ignorabitur. de eo intelligendù esse, qui noluit intelligere, vt bene ageret, secùdum Isidorù in.c. Ideo. 37. dist. **Oppositio.**

Fuerunt autem qui demirarentur, quare. M. excommunicationem in se latà nihili pendebar, quippe quod nihili erat: interdictum autè religiosè à monachis obseruadù esse docebat. Quibus tñ facile satisfactù fuit, nēpe in hac re excomunicatiōe & interdictù lōge differre. Quoniā interdictù siue valeat, siue omnino sit nullū, seruandù est ab omnibus religiosis, tam exēptis, quàm non exēptis, quādo seruatur ab ecclesia matrice, per tex. sing. in Cle. 1. de sent. excomunic. nō autè excomunicatio. Quæ differentia nō videtur in mentem venisse Io. And. & Petr. qui nouè alias differentias in.c. 1. de sent. excō. lib. 6. diligēter collegerunt, neque Domi. & Perus. qui decimā addiderunt.

g Non tñ ociosè dixi, religiosis. Alij enim clerici seculares nō tenentur interdictū, quod nullum est seruare, etiam si matrix ecclesia illud seruet, per eandē Cle. 1. cōiuncta gl. religiosi, quæ hoc expressè annotauit, & vt ab omnibus recepta est ibi, ita singulariter memoriæ mandanda, secùdū Rauē. Pro hoc etiam diuus Anto. in. 3. parte. c. 56. & Prieras verbo excomunicatio. 9. casu. 47. & vna est omnium opinio. Quo fit vt laude dignus sit quidam huius ciuitatis parochus, vir vita integra, prima iuris Pontificij laurea à nobis insignitus, cui diuina faciēti parum curæ, vt audio, fuit hoc trimestri à diuinis vllōs dimittere. Quoniam optime nouerat hoc interdictū nullum esse, ac ideo neque ab eo seruandum, quāuis à matrice seruaretur ecclesia. Quod tamen multi & etiam perdocti vel ignorarunt, vel vt vsui applicarent non animaduertunt.

b Duodecima infertur h literas huius subexecutoris valuis affixas impunere figi ac lacerari à quolibet potuisse, neque ob id in vllam censuram vel pœnam casurum fuisse: si saltem id sine vi ac scandalo clā fecisset. Quoniam primo illæ literæ non erant iudicis alicuius, sed solum hominis priuati, vt per superiora patet. Secundo, quod extra suam potestatem ius dicenti non paretur impune. l. fin. ff. de iurisdictione. omni. iud. c. 2. de constit. i. Tertio, quod mandatum iudicis nullum non excusat secundum Bartolum, vt plurimum receptum in. l. iuste. in fin. ff. de iurisdictione. omni. iud. Ergo à fortiori, neminē accusat, arg. l. Favorabiliores. ff. de reg. iur. & reg. Cum iura. lib. 6. Postremo quod is nullā habuit iurisdictionē in eos quos excomunicauit, ergo minus in eos qui suas excomunicaciones nullas lacerassent, arg. Aut. Multo magis

f
Excomunicatiōe & interdictum noue vltra cōmunes differentias differra.

g
Interdictū quod matrice ecclesia seruat, seruandū esse ab omnibus religiosis etiam si nullū sit: nō tamē à secularibus.

b
Executoris huius literas valuis affixas à quolibet impune resigi potuisse ac lacerari.

i
Iudicis mandatum nullum neque accusat neque excusat.

magis. C. de sacros. eccles. Cle. Si dominus. de reliq. & vener. sanct. Decimo tertio infertur, subexecutorem hunc excommunicando iniuste, etiam si non excomunicasset nulliter in multos laqueos incidisse. Nam primo se potius, quam in quos eas tulit ligauit & de honestauit, iuxta ea quæ Gratianus ait in.c. Si habes. sub finem. 24. q. 3. & probantur in quatuor. c. sequen. Nam vt eleganter Hieronymus dicebat in.c. Si quis non recto ead. causa & quæst. interdum contingit vt ille qui foras mittitur intus sit, & ille foris qui intus videtur retineri. Secundo in sacrilegium incidit. c. Non in perpetuum. ead. caus. & q. Tertio actione iniuriarum tenetur secundum glos. 2. illius. c. Non in perpetuum. quæ citat tex. in.c. Temerariū. 11. q. 3. Est tamen aptius in hoc. c. Illud. ead. caus. & q. vbi magnus ille Augustinus ait: Si quisque fidelium fuerit anathematizatus iniuste, potius ei oberit qui facit, quam qui hanc patitur iniuriam: quod verbum iniuriam ponderat ibi glos. & addit ei. **K** Potest ergo agere contra excommunicatorem actione iniuriarū. Quæ glossæ diffinitio maxime procedit contra hunc quem dolo id fecisse conuincunt eius latitatio & eius copiæ denegatio. De quibus in. 9. causa nullit. adiuncta. l. 1. & quod ibi annotat Bald. C. de interd. mat. & l. si. ff. de ritu nuptia. cum iurisdictionis vsurpatione, de qua in. 1. 2. 7. & 10. causis. Confirmatur hoc viua ratione. Quoniam qui denunciat aliquem excommunicatum esse implicite, vocat eum inhonestum. **L** Quia excommunicatus non est persona honesta, secundum Soci. consil. 45. col. 2. & sentit Ant. in.c. Constitutus. col. 2. & c. Cum dilectus. de purg. can. Quinto incidit in obligationem soluendi omne damnum & interesse eis quos excommunicauit. c. Sacro. de sent. excom. in illis verbis. Cumque aduersus excommunicatorem de iniusta excommunicatione constiterit, excommunicator condemnetur ad interesse excommunicato: alias nihilominus (si culpæ qualitas postulauerit) superioris arbitrio puniendus: cum non sit leuis culpa, tantam pœnam infligere infanti. Hæc ibi. Neque illum error probabilis qui tam multis modis sine colore errauit excusare potest. arg. l. Latæ culpæ. de verb. signif. ff. & notatorum in regula ignorantia. lib. 6. In eisdem laqueos incidisse competitorem, ac illius procuratores & consultores facile probet, qui huic negotio applicauerit gl. & quæ ibi. Panor. & doctores præsertim ipse Imol. Feli. & Dec. scribunt in.c. 1. de off. deleg.

K
Iniuriarum & alijs modis multiste meri excommunicantē iniuste præsertim dolo se.

L
Excomunicatus non est persona honesta.

Quartum remedium.

Quartum remedium fuerit m pœnitudo, quando huic executori, cōpetitori, simul & procuratoribus, ac fautoribus eius Quæ drage-

m
Interdicti huius tollendi remedium pœnitudo.

dragesima hæc suadebit sanctissima. Oportebit enim eos pertæsum ire omniū suorū peccatorū capitaliū, quo integre cōfiteatur, & prouidi ad cœnam agni, & stolis albis candidi accedant. c. Omnis. de pœnit. & remiss. c. Sunt plures. de pœnit. distin. 3. Facit. l. Quandiu. C. de distract. pignor. At per prædicta constat harum lationem iniustam & nullam fuisse. n Omnis autem actus iniustitiæ, peccatum est capitale regulariter, secundum Tho. receptum. 2. 2. q. 59. artic. 4. Cum ergo has censuras omnes prædicti, vel tulerint, vel vt conferrentur petierint, consuluerint, fauerint, vel ministri fuerint: consequens est eos capitaliter peccasse. Imo & censuras à iudice. M. in competitorum latus incutisse. o Quoniam quod, pro dolor, pauci aduertunt, omnes qui excommunicato cōmunicant in crimine propter quod est excommunicatus, consulendo, fauendo, vel aliter adiuuando, in eandem incidunt excommunicationem. c. Si concubinæ. vbi gl. probata omnibus id ibi annotauit, de sent. excommuni. & pulchre declarat Diuus Antoni. 3. parte. tit. 24. c. 3. 5. p. Fateor tamen hoc remedium, quod omnium debebat esse Christiano efficacissimum, fragillimum haberi, q dum vix credimus animæ immortalitatem, dum honorē pro Deo colimus, dum diuitijs velut idolis seruiamus, dum tēporaria pluris facimus quam æterna, dum solo fere nomine Christiani sumus, & Christi humilitatem & modestiam ore pleno laudantes, factis omnino negamus, dum denique corporis morbos & eius mortem exhorrescentes animæ Christi sanguine hoc passionis tempore redēptæ neque ægritudines sentimus, neque mortem eius omnium pessimam maximeque tremendam timemus. r Cuius rei bonæ partis causa sunt confessarij parum liberi minusque docti, quibus persuasum est tam facile posse portas cœli, quod soli violenti ac fortissimi rapiunt, ecclesiæ clauibus aperire peccatoribus, ac sibi suarum cellularum ianuas clauibus referant fabrilibus. De quibus & scientia illis necessaria in. c. r. de pœnit. dist. 6. latè scripsimus.

Quintum remedium.



Vintum remedium efficax quidem ac facile contra harum censurarum, præsertim interdicti effectum est, vt Reuerendissimus dñs Episcopus Conimbricensis, & Ecclesiæ suæ senatus, siue capitulum per quam colendum eas inspicerent, & inspiciendas eruditioribus huius Academiae, ac alijs viris commendarent: & cum viderent nullam eis inesse virtutem, imo vanas omnino ac nullas esse nullatenus seruarent. s Quod facere possunt.

Peccatum mortale esse omnem iniuriam & actum.

Excommunicato cōmunicatis in crimine ob quod est excommunicatus, in eandem incidit excommunicationem maiorem.

Pœnitentia remedium suapte natura efficax ad tollendas lites, hominum vicio inefficax.

Christianos parum Christianos.

Confessarios parum doctos et liberos litium occasione esse.

Ordinarius non tenetur seruare censuras nullas.

Quo-

Quoniam primo executor non tenetur exequi sententiam, quam ei constat esse nullam, secundum glos. 1. vers. Item nota. de off. deleg. & alia quæ supra in secundo remedio sub finem adduximus.

Secundo, quod iudex secularis non tenetur impartiri brachium seculare iudici ecclesiastico ad exequendam sententiam nullam. c. 1. ibi: non ad præiudicandum, adiunctis quæ doct. Imolensis præsertim & An. Sicul. dicunt super glos. fin.

Tertio per textum nostrum in hoc clarissimum, qui habet non teneri ordinarium ad parendum censuris, quas viderit latas à delegato cuius delegationi alia præiudicat.

Quarto, quod qui scit excommunicatum antequam excommunicaretur appellasse, non tenetur vitare. c. Delectis. sub finem de appella. c. Solet. de sent. excommuni. lib. 6. & alia multa quæ supra in 3. remedio attulimus.

Quinto facit, quod M. ipse in quem hæc sententiæ principaliter late sunt non tenetur eas, vt supra latè monstrauius, feruare: ergo minus tenebitur ordinarius, arg. Aut. Multo magis. C. de sacro.

Sexto, quod Ioan. And. Do. & Perus. aiunt in. c. Statutum. §. fin. hoc tit. lib. 6. posse ordinarium delegato contra dispositionem illius cap. grauari resistere. Quod commendat ibi Perus. ad materiam. c. Studuisti. de off. leg. At is subexecutor contra dispositionem illius cap. electus iudex sine qualitatibus requisitis ab illo grauat. M. sexcētis modis. Ergo non solum non tenetur ei obedire, sed etiam poterit obuiare ordinarius.

Septimo, quod determinatio hæc præcedens Ioan. And. extendenda videtur etiam ad quemcunque alium casum in quo delegatus per actum nullum aliquem grauat, si de facti notorietate informatio ei detur. Ratio enim qua ille fundatur nullitas actus ex notorietate facti resultans est, vt ibidem exprimit, & clarè significat, dum allegat c. Solitudinem. vers. Si vero. de appell.

Octauo facit ille vers. Si vero. qui habet, archiepiscopum declarare posse non esse excommunicatum eum suffraganei subditum, de quo notoriè constat antequam excommunicaretur appellasse ad Papam.

Nono facit. c. Significauit. cum ei annotatis. de off. ord. & gloss. sing. in. c. fin. de rescript. & quod ibi Ioan. And. cum alijs omnibus determinat.

Decimo facit, quod ordinarius potest cognoscere de appellatione ad Papam interposita non solum incidenter, quoad reuocationem eorum quæ post appellationem attentata fuerunt. c. Cum teneamur. de appellat. & quoad faciliorem exitum causæ. cap. 2. de matr. contrah. contr. interdict. eccles. gl. in cap. Si à iudice. de appell. lib. 6.

Sed

Ordinarius resistit delegato contra dispositionem c. Statutum procedenti. Imo & quomodolibet per actum nullum grauari, data ei de facti notorietate informatio.

Ordinarius nullatenus potest circa appellationem ad Sed. Apostolicam interpositam.

x
Appellatio -
ne de inter
posita ad
Sed. Apost.
etiam prin-
cipaliter co-
gnoscit in-
terdum or-
dinarius.

x Sed etiam principaliter, quando scandalum aliquod imminet, neque facilis est ad Papam recursus ad effectum ei obuiandi. c. Constitutus, de appel. secundum intellectum Hostien. quem sequitur Aretin. in c. At. si. §. De adulterijs. c. 3. de iudic. Quem licet communis ibi dicat non esse nimium literæ germanum: tamen non negat in se verum. Imo Pan. quidquid ei Præpos. falso imponat eum ad vsum commendat. Pro quo facit lex illa sing. Si hominem. ff. mandati, & gloss. sing. in c. Tempora pœnitent. 26. q. 7. Imo etiam non existente scandalo ad effectum instruendi causam, & eam instructam remittendi posset ordinarius, saltem alius à iudice à quo cognoscere de appellatione ad Papam interposita per. c. illud Constitutus. secundum intellectum Anro. Qui licet Panor. displiceat, defenditur tamen à Decio.

Cum ergo in casu proposito notoriè constet ex processu, & euidètia etiam facti competitorem archidiaconum Santarensis post assertum accessum adeptum esse, ac per consecutionem accessui renūciasse. Cum constet hunc subexecutorem presbyterum simplicem esse, qualitatibusque ad delegationem Apostolicam necessarijs carere, ac sine causæ cognitione contra possidentem processisse, ac post & contra recusatorem, & appellationes legitimas excommuni casse, denunciasse, contra participantes processisse, ac interdixisse. Cum hæc non paruo scandalo sint populo, & damno, cum ob bella difficillimus sit ad Sed. Apost. recursus, cumque assumptio cognitionis & absolutionis ad cautelam ad faciliorem expeditionem causæ tenderent: consequitur ordinarium multo plura posse, quam ea quæ M. petit. Cuius modestæ petitioni suffecisset, ne tam vanis censuris tam solidè obediretur, & ne non vitandus euitaretur. Quo fit ut merito M. conqueri possit, non de ipso præfule integerrimo, qui rem ad suos relagavit officarios, sed de alijs qui in causa fuerunt, ne id fieret: non quod M. de illis bene merito male velint, sed vel quod alij magis possint, vel nimium sint scrupulosi, vel quod in rem non satis penetrare voluerint. Quædo etiam iuris informationem & verbo, & scripto ab M. oblatam parui fecerint, magnifacere alias soliti, etiam in grauissimis rebus eius sententiam & iuris allegationes.

Quæstionis tamen cotidianæ fuerit, an ordinarius cui diuersi delegati contraria exequenda præcipiunt, nec de præceptorum nullitate ex rescriptorum tenore satis clarè colligitur, quia forte de subreptione que aduersus rescripta obijcitur, vel de alia nullitate non potest non visis processibus satis constare, an quemadmodum ordinarius præcipere potest delegatis, ut sibi exhibeant rescripta per hoc cap. sic etiam possit præcipere illis, ut exhibeant processus?

Et verius videtur posse primo, quia eadè in hoc casu ratio militat. Secundo,

y
Auctoris in-
sta de qui-
busdam con-
questio.
z
Ordinarius
præcipit de-
legatis con-
traria ipsi
præcipienti-
bus, non so-
lum ut res-
cripta pape:
sed etiam
processus per
eos factos si-
bi exhibeat,
quando illi
sunt ad sui
informatio-
nem necessa-
rij.

Secundo, quod id cōsuetudo quæ legum est optima interpres habet. Tertio quod etiam iudex secularis, cuius auxilium petitur, hoc facere regulariter potest, per ea quæ supra in secundo remedio diximus.

Non obstat, quod huius cap. decisio à iure communi exorbitat, & ideo non sit extendenda regula. Quæ. lib. 6. Quia primo negari potest hoc cap. exorbitare à iure communi. Quoniam antiquæ iuris rationi & non nouæ niti videtur. Secundo, quod etiam exorbitantia extenduntur ad similes casus, per tex. in c. Cum dilecta. de confir. vti li cum multis per Dec. ibi adductis. & l. His solis. C. de reuocand. donat. adiuncta glos.

Sextum remedium.



Extum remedium quod autoritate nititur ordinaria & extraordinaria est, ut Reuerendis. Dom. D. Aloisius Lippomanus Sed. Apostol. in vniuersam Lusitaniam cum potestate. Legati de latere illustrissimus Legatus appellationem ad Sed. Apost. interpositam recipiat, & de illa congoscat. Quod facere potest, etià iure cōmuni: licet aliqui facile, ut audio, contradixerint. Primo tanquam quiuis alius ordinarius, iuxta ea quæ sub finè remedij præcedenti diximus. Secundo, tanquā legatus à latere. Cui ex priuilegio competit specialia, ut de appellatione ad Sed. Apost. interposita cognoscere possit, quo eam instruat & instructam ad Papam remittat. Casus est memorabilis & singul. in cap. Constitutus. de appellatio. secundum communem, quam ibi Pan. Imol. & Perus. & Præpos. sequuntur, & ante illos affirmavit Specul. de Legato. §. Nunc ostendendum. num. 36. versic. 33. Quod non solum potest per se facere, sed etiam faciendum alij committere, ut est ad literam text. in illo cap. Constitutus.

a
Legatus de
latere de ap-
pellatione
ad Papam in-
terposita dis-
plici respec-
tu iure cō-
muni cog-
noscit, quia
iure spe-
ciali ampli-
or in hoc e-
potestas cō-
cedi solet.

Et ne dicas D. Aloisium non esse Legatum à latere, quia soli Cardinales sunt Legati à latere, quorum de numero non est ille; considera quod paria sunt quem esse Legatum Cardinalem, & Legatum à latere, ac Legatum cum potestate Legati de latere datum, ut pulchre determinauit Dec. consil. 146. col. fin. & facit l. In testamento. ff. de conditio. & demonstr. Tertio, quod Sanctiss. D. noster D. Paulus Papa huius nominis tertius ob eius illustria ornamenta potestatem ei augustiorem multo dedit in multis, quam sit Legatorum à latere: in quibus est, ut audio, potestas cognoscendi & finiendi causas ad Sed. Apostol. per appellationem vel alias delatas. Potestatem autem eius partim ordinariam esse, ac partim extraordinariam constat ex cap. 1. de offic. Legat. iuncto. cap. 2. & fin. eo. titul. lib. 6. &

b
Legati pote-
stas ordina-
ria partim &
partim extra-
ordinaria.

Cle.2. de off.ord. Vbi glos.pen.putata sing.ibi à Card.q.17.& Pan.in c.Cæterum.de iudic.col.5.fentit illius iurisdictionem licet ordinaria sit,extraordinario tamen modo inductam esse. Quam tamen magis extraordinariam faciunt clausulæ de more multæ, quæ ipsum maiorem legato efficiunt.

Septimum remedium.

Septimum remedium est iudicis delegati particularis super hoc à Sede Apostolica impetratio, vel in illo summæ autoritatis prætorio Rotæ, vel extra illud in partibus. De quo nemini est dubium.

Modus medendi.

Modus his duobus remedijs medendi huic vulnere tam iniuste ilato vel inferri tentato duplex esse videtur. Alter est, vt statim citatio competitoris ante omnia petat. M. absolutionem ad cautelam ab excommunicatione hac inutili, iuxta formam.c.Cum contingat. de off.deleg. Apostolicæ. de excep.c.Ad præsentiam. de app.c.Cum desideres. §.1.&c. Per tuas.c. Venerabili. de sent.excommuni.c. Venerabilibus. §.fi.&c. Solet. & ibi annotata per Ioan. And.ab omnibus ibidem relatum & receptum de sent.excommu.lib.6.allegando prædictas omnes & singulas nullitatis causas.

Non obstat primo, quod poterit competitor obijcere manifestam offensam iuxta illud.c. Solet. Quoniam primo illud non est verum, quando allegatur excommunicatio nulla ex iurisdictionis defectu, de quo manifestè constat secundum Rot. in decis.327. Fuit dubitatum. si contra in nouis. Imo eo casu absolutio simpliciter est facienda, vt ibi ait Rot.& antea Innoc.in illo.c. Solet.num.111. probatus ibi per omnes. At de iurisdictionis defectu huius subexecutoris manifestè constat. Tum quia ipse protestatus fuit procedere, vt merus executor. Quem nulla iurisdictione posse vt probatum est in.4. nullit. caus. & in fine illat. 111. Tum quia carebat qualitatibus requisitis ad iurisdictionis delegatæ capacitatem, iuxta illa quæ latè in secunda nullitat. caus. deduximus. Secundo ideo non est locus exceptioni manifestæ offensæ in hoc casu. Quia ea non recipitur, etiam quando allegatur excommunicatio nulla ex iurisdictionis defectu dubio, vt eadem decis. Rotæ in hæc verba dixit: Si contra petentem absolutionem ad cautelam opponatur exceptio rei iudicatæ vel manifestæ offensæ ex sola non paritione rei iudicatæ,

talis

talis exceptio nullo modo admittenda est, si allegetur nullitas sententiæ excommunicationis ex defectu iurisdictionis. Aut enim constat manifestè de iurisdictione, aut constat de non iurisdictione manifestè, aut dubium est. Primo casu non potest peti huiusmodi absolutio ex defectu iurisdictionis: cum de ea constet manifestè. Nec secundo, cum tunc de nullitate excommunicationis constet manifestè. Tertio solo casu est locus huiusmodi petitioni. Hæc Rota. Antequam idem tenet Innoc.in.d.c. Solet.num.10. Quæ sequitur Io. And. q.11. ab omnibus alijs probatus. At in casu nostro, licet quis proteruus neger manifestè constare de huius subexecutoris iurisdictionis defectu, negare tamen non poterit saltem dubium esse primo aspectu. Ergo non est locus exceptioni manifestæ offensæ. Tertio ideo non est locus huic exceptioni, quia nulla hic fuit offensam manifestam, imo nec dubia, vt patet per exceptiones in.c. Si quando. supra eo. dispit. & ex deduct. in.3. caus. nullit. Non obstat secundo, quod interdictum generale non potest ad cautelam relaxari per tex. sing. in.c. Præsenti. de sentent. excom. lib.6. Et per consecutionem licet M. ad cautelam absoluatur, non tamen ob id interdictum tolletur. Non, inquam, hoc obstat. Quoniam primo si diceretur hoc esse interdictum speciale, non esset locus illi cap. secundum Io. Monach. quem Ioann. And. Domi. & Perus. cum comuni contra Archid. sequuntur. & Rot. decis. 436. Vtrum interdictum. & Feli. in.c. Apostolicæ. de except. num.3. & Calder. de eccles. interd. pag.8. Sed quia supra in tertio remedio dictum fuit illud generalis interdicti similitudinem potius, quam specialis habere: ideo secundo respondeo, concedendo id non esse quidem relaxandum ad cautelam, sed tamen sic simpliciter ad instantiam partis ob cuius culpam positum dicitur, præstita cautione de parendo iuri, etiam antequam de iniustitia vel nullitate constet, secundum Rot. decis.77. Nota quod secundum in antiq. quæ habet hoc casu locum esse.c. Cum contingat. de offic. delegat. idem etiam habet decis. Rotæ. 435. Nota vtrum. in eisdem antiquit. & idem tenuit Domi. in illo cap. Præsenti. sub finem. & Perus. in princip. Pro quibus videtur casus in cap. Qua fronte. de appellation. inducendo eo modo quo Rota in prædicta decis.435. inducebat, scilicet quod ibi fuit quæsitum de absolute excommunicationis & interdicti. Et licet de absolute sola excommunicationis respondeat, ex sufficienti rationis parietate videtur etiam de interdicto respondisse, argumento capit.2. de translation. prælat. l. Illud. ad.l. Aquil. Per quam inductionem responderetur eidem capit. contra hanc conclusionem aliter inducto, scilicet quod qui de vno dicit, de alio negare videtur, capit.

O 2 Nonne.

Abolutio ad cautelam non impeditur propter exceptionem manifestam offensam, quando excommunicatio allegatur nulli ob iurisdictionis defectu, siue manifestam, siue dubium.

Interdictum speciale tollitur ad cautelam.

Interdictum generale non relaxatur ad cautelam, sed simpliciter sic, data cautione de parendo iuri etiam an quæ de causa nullitatis constet.

Nonne.de præsumpt.&l.Cum prætor.ff.de iudic.Et ibi de absolu-
tione interdicti & excommunicationis interrogatus Papa solum de
absolutione excommunicationis respondit: Nam responderi potest
eum qui de vno dicit tunc de alio negare videri, quando illud aliud
est dissimile, non quando simile, secundum Do. in cap. Qualis. 25. dist.
& glos. in.c. Si tibi absenti. de præbend. lib. 6. Secundo facit illud idē.
c. Qua fronte inductum, vt per Fel. in dicto. c. Apostolicæ. nu. 3. de ex-
cept. Vbi etiam hanc nostram conclusionem asseuerat post Domi. in
c. Cum contingat. de off. delegat. cui tribuit illam inductionem. Pon-
derat enim verba illa: huiusmodi sententiam. in fine illius cap. Qua
fronte posita, attento, quod dictio huiusmodi refert dispositionem
ad omnia præcedentia secundum glos. verb. huiusmodi, in præcæmio
Sexxi & in cap. Nemo. de elect. eo. lib. & quod illud cap. tam de inter-
dicto, quam de excommunicatione prius agit.
Tertio facit, quod excommunicatio & interdictum quoad ferendi
modum æquiparantur. c. r. de sentent. excomunic. lib. 6. & etiam
quoad modum tollendi. c. r. de his quæ vi. eod. lib. Et specialiter di-
uerificantur in modo tollendi ad cautelam, per illud cap. Præsent.
Ergo quoad simplicem relaxationem non est ponenda differentia.
Quarto facit, quod parū vel nil refert eius pro quo censura feruntur
eas tolli vel non tolli, quando appellatio de qua est cognoscendū
est interposita, secundum Innoc. in.c. Pastoralis. §. Verum. de appell.
affirmantem eum pro quo aliquis excommunicatus fuit, & ab exco-
municatione iam lata appellauit, non posse iuste appellare à iudice,
si is nollet eum denunciare. Cuius rationem in hac verba subiicit
vir eruditissimus: Non interest (inquit) eius pro quo excommunica-
tus est, quod denunciatur, cum certum sit, quod hic excommunica-
tus non est cogendus pen. appel. nec ei cōsulendum vt soluat. Quam
determinationem omnes ibi sequuntur: expressius autem Hostien.
Ioan. And. Anto. & Imolen. quam Perus. & Præpo. licet illi etiam ex-
pressius quam Pan. cui sub finem in meo libro pro non denunciatur,
est denunciatur.

Et ne demireris hoc Innoc. dictum, considera illud singul. scilicet
et eum qui post excommunicationem appellauit, non posse denun-
ciari, quando per denunciationem excommunicatio fortior redditur,
vt contingit in casu. c. Tua. de senten. excom. In quo absolutio quæ
ante denunciationem ordinarij competit, post eam Papæ reservatur
secundum Perusi. in illo. §. Verum, sub finem, qui hanc determinatio-
nem tribuit Imoleni nulli alteri eam tribuenti, cum tamen origina-
ria fuerit D. Anto. num. 11. Nam licet ille pro sua modestia eam Io-
And. tribuat, ille tamen id non dixit, sed rationem illud affirmandi
posteris

f
Vno de
qui dicit, de
alio negat si
est dissimi-
le, non si si-
milit.

g
Huiusmodi
dictio dispo-
sitionem ad
omnia præ-
cedentia re-
fert.

h
Censuras tol-
li vel non tol-
li parum re-
fert partis
pro qua lata
sunt: si ap-
pellatio pen-
det.

i
Excommuni-
catione ali-
quando red-
dit fortiore
denunciatio
quo casu ap-
pellatio ab
excommuni-
catione lata
denunciatio-
nem suspen-
dit.

posteris præbuit, dum animaduertit in casu illius. c. Tua. denuncia-
tionem agere ligamentum excommunicationis: & ita rationem pro-
pter quam in. §. Verum. statutum fuit, vt non obstante appellatione
consecuta excommunicatus denunciaretur, cessat.

Ex quibus inferri videtur quiddam nouissimum, nempe hodie
post illam extrag. Ad euitanda, quæ habet neminem vitandum, nisi
denunciatum (cuius tenorem & alia quædam grauius super ea dubia
in. c. i. §. Laboret. de pœnit. dist. 6. in principio tractauimus) non pos-
se denunciari eum qui ante denunciationem & post excommunica-
tionem saltem in his quæ non sunt notoria appellauit. Quando qui-
dem hodie maximas vires recipit excommunicatio per denunciationem.
Alter autem his remedijs medendi modus fuerit, vt perat. M. de-
clarari appellationes à se factas legitimas esse ac iustas, has autem hu-
ius subexecutoris censuras nullas esse, iniustas & iniquas. Quæ accu-
mulatio licet contraria implicare videatur, fieri tamen potest. Quia
nemo prohibetur vti pluribus defensionibus, reg. Nemo pluribus.
lib. 6. etiam contrarijs secundum glos. ibi per text. in. c. r. 13. q. 2. & l.
Nemo ex his. ff. de except. At appellatio defensio est. l. r. ff. de appel.
& cap. Significauerunt. de except. Poterit ergo peti censuras declara-
ri nullas & iniustas. Nam & admittitur libellus in quo quis dicit sen-
tentiam nullam, vel petit restitutionem in integrum. c. Constitutus.
vbi Pan. de restit. in integ. per illum text. & idem Pan. in. c. Cum olim
col. 2. de priuileg. Et non solum conditionaliter, sed etiam simpli-
citer peti potest declarari eas nullas & iniustas secundum Innoc. ex-
pressè in illo. c. Dilecto. nu. 2. Sicut & exceptiones contrariæ simpli-
citer opponi possunt. Et in dubio opposita videntur disunctiue, vt
Innoc. in. c. Auditis. de præscript. nu. 2. ait, vt si vnum non poterit pro-
bare, aliud probet. Quod maximè ait Pan. memorandū ibidē nu. 24.
Nam & reus excipere potest, quod soluit, & quod in testamento li-
beratus sit, vt not. Bar. in. l. 4. C. de Fal. caus. adiect. leg. in. 2. oppo.

Ad hoc autem vt appellatio. M. iudicetur legitima, & iusta, suffi-
ciet probare monitoria pœnalia huius subexecutoris fuisse nulla. Quia
primo à sententia nulla appellari potest, iuxta ea quæ multa adduxi-
mus in. 14. caus. pag. 3. Nam licet non sit necessarium, tamē est vtile.
Quia saltem causam ad superiorem deuoluit, secundum Pan. cōmu-
niter receptum ibi à Perus. q. 7. & alijs in. c. Dilectio. nu. 7. de appella-
ti. & Bald. in. d. l. 1. c. de senten. experi. recit. & Bart. in. l. Si expressim,
in. 3. q. & in. l. Si vt proponis. 1. C. quomodo & quādo iud. Lap. alleg.
107. alias. 116. Appellatio à nullitate. Secundo quia ad iustificandam
appellationem à diffinitiuā interpositam sufficit probare sententiā
esse nullam, secundum Innoc. in illo. c. Dilecto. ab omnibus receptū.

K
Appellatio-
nem ab ex-
communica-
tione lata
suspendere
hodie pote-
statem de-
nunciandi
in his; quæ
non sunt no-
toria saltem
probabilissi-
mim.

m
Excommuni-
catio vt nul-
la & ini-
sta simplici-
ter declare-
tur peti pos-
se.

n
Appellatio
per nullita-
tem senten-
tia iustifica-
tur quando
ab habente
vni diffini-
tione: & etiā
quando ab
interlocuto-
ria: si ex cau-
sa illam an-
nullante ex-
pressa fiat.

At mandata illa pœnalia de relinquenda possessione vim habebant diffinitivæ super possessorio lata, vt supra est dictum.

Tertio, quod ad iustificandam appellationem, etiam ab interlocutoria, satis est probare illam esse nullam ex causis in appellatione expressis secundum quod satis sensit Innoc. nu. 3. in illo. c. Dilecto. & expressè affirmavit Pan. nu. 7. Perus. q. 19. cum omnibus alijs.

Ne autè res diutius differatur, præsentetur statim processus à sub-executore factus, vna cū prælectione præsentis, cum ea quam super negotio principali in. c. Si quando. supra, eo. habuimus: quo pròptius ea quæ ad occurrentium dubiorum dissolutionem pertineant inveniuntur ab Illustrissimo & Reuerendissi. D. Legato. ° Cuius candidæ limæ omnia in his duobus prælectionibus dicta subiicio: non solum qua parte Sedis Apost. quæ vna est omnium magistra veracissima, personam agit, sed etiam qua parte recõdita eruditione, quam mox commentarij ipsius in Genesim iam iam ædendi palam facient, alijs eminet: subiicio item cuiusvis quæ iustior fuerit sententiæ, protestatus nulla mihi parte illa placitura, nisi qua veritati & bonitati consonerint. Dixi.

*Autor cor-
rectioni s.
Apo. Legati
eius et cu-
iusvis ve-
rius sentie
tis omnia su-
biicit.*

Excidit à memoria admonere in corollario nono 3. remedij ea quæ in causa. 15. scripsimus de appellatione à declaratione pœnæ censurarum incurse interposita. Per quæ palam est. Moneque in iudicialibus, neque extraiudicialibus vitari posse. Quoniam, vt ibi probatum est, quoad evitacionem impediendam maioris virtutis est appellatio à declaratione censuræ incurse, quam à censura ferenda.

Gloria Deo, gratia eius nobis & venia. Amen.

FINIS.

EGO Procurator. D. Ioannis Gomez à Sylua decani Syluensis ecclesiæ & Martini ab Azpilcueta in decretis doctoris & cantoris Conimbricensis & cuiuslibet eorum adeo reuerendis. dominationem tuam quam optima & commodissima possum forma & via siue illa fuerit nullitatis, siue appellationis, siue alia, ac in primis mandatum procuratorium prædictorum & cuiuslibet eorū præsentis. Deinde acta prædicti. D. Io. Gomez iudicis & subexecutoris à præd Martino electi. Tertio acta B. subexecutoris asserti reuerendi Francisci Ferdinandi archidiaconi Santarenensis competitoris & aduersarij dicti. Mar. quatenus pro me faciunt & non ultra. Quarto duas prælectiones prædi. Mar. in. c. Si quãdo. & in. c. Cū contingat. de rescript. habitas, & typis excusas cum protestationibus ab autore in epistola ad lectorem factis ad iustificanda ea quæ à R. D. T. reuerenter peto. Quorum primum fuerit vt in primis præd. D. Ioan. Gomez à Sylua, & Martinū ab Azpilcueta, & eorum quemlibet absolueri dignetur ad cautelam ab excommunicationibus latis in eos à præd. B. sed nulliter multis de causis infra subiectis Relaxare item dignetur interdictum à præd. B. in Conimbricensem ciuitatē latum, etiam nulliter, præstita cautione de parendo iuri. Deinde peto vt declarare dignetur excommunicationes & interdictum prædicta, cum omnibus quæ illa subsecuta sunt iniuste nulliterque, siue inutiliter lata esse, ac appellationem & appellationes præd. D. Ioan. & Mart. in præd. actis contentas iustas esse ac legitimas. Et absolutionem quidem præd. ad cautelā fieri sine vlla mora: non obstante exceptione manifestæ offensæ (si forte illam competitor opponeret) per ea quæ allegantur pag. antep. d. prælectionum. Interdictum quoque peto relaxari sine vlla mora propter ea quæ allego in pag. penul. Peto autem declarari nullas esse præd. censuras & iniquas, propter omnes & singulas iniquitatis & nullitatis causas in prælectionibus pag. 2. & 3. summam contentas.

Et pro prima quidem nullitatis causa, scilicet quod gratia accessus ab initio fuit ipso iure nulla vel post reuocata, & consequenter subexecutoris qui has censuras tulit deputatio, allego scripta pag. 101. cum tribus seq. & exceptionem. 3. scilicet quod competitor dixit Papæ se habuisse prouisionem quam non monstrat Apostolicam, cum his quæ super ea scribuntur. pag. 8. Allego item excepti. 4. scilicet quod is accessus à principio per simoniam & fraudes occultas fuit impetratus cum his quæ scribuntur pag. 15. & duabus seq. Allego item quintam exceptio. scilicet quod competitor renūciauit accessui per adeptionem archidiaconatus Santarenensis iuxta Cle. Gratiz. de rescript. & quæ super ea scribuntur pag. 10. & quatuor seq. Notorium enim est & vtrale allego præd. Franciscum competitorem adeptum fuisse præd. archidiaconatum, quod etiam constat ex actis. In quibus tam à se, quam suis procuratoribus ipse competitor appellatur archidiaconus Santarenensis, vt videre est fol. 1. fac. 2. & fo. 9 fac. 2. fol. 10. fac. 1. & fol. 20. fac. 2. (Vbi reuocatur quidem non appellatur cantor, cõscientia fortè repugnante) Notorium item est, & vt tale allegamus, quod illū adeptus fuerit post accessum. Nam & vt ex ipsius literis apparet, nondū erat clericus, neque septem annorum tempore concessiois illius, & archidiaconatus clerico & maiori erat conferendus. Sed neque contendit se prius illum fuisse adeptū. Quia desisteret in Scyllam cupiens vitare Charybdim. Quoniam nulla expressio de illo in accessu, nec specialis, nec generalis, nec per clausulam solitam habentes pro expressis, &c. fit. cui cõsequens esset accessum fuisse subreptitium. Allego item omnes nouem posteriores exceptiones in prælectione. c. Si quando. disputatas, quarum quælibet concludit hūc accessum vel à principio fuisse nullum, vel postea reuocatum. Quarum pauca vlla indigent probatione quæ nobis incumbat.

Pro

Pro causa. 2. scilicet quod dignitate ac canonia carens qualis est qui has censuras tulit, nequit esse mixtus executor Apostolicus, nec censuras Apost. ferre, allego quæ super ea scribuntur pag. 15. cū octo seq. Pro. 3. causa, scilicet quod is subexecutor sine vlla causæ cognitione ac citatione contra possessorem. 20. dierum & plurimum cōtinuū processit, allego quæ super ea in prælect. pag. 14 scribuntur. Et quod ex actis. D. Ioan. Gomez constat præd. Martinum possessionem huius cantoriæ cum colorato titulo apprehendisse, ac. 20. & pluribus diebus pacifice possedisse, omnia illius munera obcundo à fol. 1. vsque ad fol. 13. Constat item B. ipsum sine vlla. d. Martini citatione processisse, fol. 31. ibi: querendo seguir & enxecutar à via da mera enxecuçam. & per omnia sequentia, præsertim, fol. 35. Pro. 4. & 5. quod tanquam merus executor procedens dilationem dedit. Quod non potuit ad incurendam saltem excommunicationem & pœnam: & quod nimium breuem terminum, scilicet. 15. horarū ad de magna re deliberandum præfixit, allego quæ scribuntur pag. 116. & tribus seq. & quæ habentur in actis B. fol. 31. Pro. 6. scilicet quod ilico. M. intra illas. 15. horas appellauit, videatur scripta pag. 120. & quæ habentur in actis. B. fol. 35. Pro. 7. scilicet quod is subexecutor nulla ratione in. M. iurisdictionem habuit. Quoniam neque in literis subexecutorijs exprimebatur, neque aliter quam iure contradixit, allego scripta in pag. 124. & quatuor seq. & quæ habentur in actis apprehensionis & continuationis possessionis Martini. Pro. 8. scilicet quod B. incæpit ab executione sine vlla clausula iustificatiua vel audientia permissiua, videantur scripta in pag. 128. & seq. & monitorium in actis B. fol. 30. & seq. Pro. 10. scilicet quod post iustam recusationem processit, scripta in pag. 131. cum tribus seq. & libellum appellationis d. M. & quod ex actis B. in. fol. & 15. constat ipsum et B. in domo Ioannis de Beia processisse, vbi morabatur competitor notorie. Pro. 11. scilicet quod B. sciens se nullam in. M. iurisdictionem habere illas tulit, allego scripta in pag. 135. & seq. Pro. 12. scilicet quod die maxime feriato, nempe Virgini matri diuorum principi sacro declarauit. M. incurrisse pœnas cœsuræ, cito scripta pag. 137. & in actis B. fol. 36. Per quod apparet declarationem censuræ incurse factam fuisse à B. 8. Decēbris qui fuit sacer Virginis matris Expectationi. Pro. 13. scilicet quod competitor à suo rescripto discessit prius excipiendo contra rescriptum. Martini, quam suum iudici præsentasset, cito scripta pag. 138. & seq. & acta D. Ioan. Gomez fol. 30. Pro. 14. quod post multas appellationes eas tulit, quæ habentur pag. 140. & duabus seq. & in actis B. fol. 32. Per quæ constat M. appellasse antequam copia monitorij à se petita traderetur, & ex duobus. fol. seq. constat postea fuisse traditam copiam, & ex. fol. 35. constat ilico post traditionem copiarum iterum appellasse. Ex actis item D. Ioannis Gomez fol. 21. constat. M. appellasse pie. 15. Decembris & ex actis B. 32. copiam fuisse traditam. 17. die mensis Decembris. Pro. 15. scilicet quod à declaratione pœnæ censuræ incurse M. ilico appellauit. Quod & si censuram præcedentem non potuit reddere nullam, certè quoad euitationem reddidit inefficacè cito scripta pag. 142. & seq. & in actis B. fol. 39. fac. 2. vbi scribitur appellatio. M. à declaratoria. Pro. 16. scilicet quod B. iniurius fuit, Deo, S. A. ac regiarum dignitati videantur acta vtriusque iudicis, & scripta in pag. 144. Super quibus omnibus peto à T. Reuerendis. D. iustitiam, & competitorum impensarum condemnari, nobile officium implorando.

M A D R I T I,

Apud Thomam Iuntam.

M. D. XCV.